This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

## Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

## About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

3 2044 106 361 058

MF
1
K95fa

HARVARD UNIVERSITY

LIBRARY

OF THE

GRAY HERBARIUM

Received
Bought
Bd. April 20, 1943

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# FILICES AFRICANAE

REVISIO CRITICA OMNIUM HUCUSQUE COGNITORUM CORMOPHYTORUM AFRICAE INDIGENORUM ADDITAMENTIS BRAUNIANIS NOVISQUE AFRICANIS SPECIEBUS EX RELIQUIIS METTENIANIS ADAUCTA.

ACCEDUNT

FILICES DECKENIANAE ET PETERSIANAE.

AUCTORE

**MAXIMILIANO KUHN.**

LIPSIAE: W. ENGELMANN.

MDCCCLXVIII.

Bind ½ black cl.

Digitized by Google

HARVARD UNIVERSITY HERBARIUM.

THE GIFT OF

[illegible]

Digitized by Google

# FILICES AFRICANAE

REVISIO CRITICA OMNIUM HUCUSQUE COGNITORUM CORMOPHYTORUM AFRICAE INDIGENORUM ADDITAMENTIS BRAUNIANIS NOVISQUE AFRICANIS SPECIEBUS EX RELIQUIIS METTENIANIS ADAUCTA.

ACCEDUNT

FILICES DECKENIANAE ET PETERSIANAE.

AUCTORE

MAXIMILIANO KUHN.

LIPSIAE: W. ENGELMANN.

MDCCCLXVIII.

Digitized by Google

# INTRODUCTIO.

Nullam floram ullius terrae continentis tam ignotam esse quam africanam inter omnes constat; e regionibus tamen maritimis insulisque jam magnae collectiones in herbariis europaeis asservantur. E terris maritimis sunt regnum Tunetanum, Algeria, Senegambia, nonnulla loca Guineae superioris, Angola, maxime terra Capensis, regiones quaedam agri Mozambicensis et Zanguebarici, partes Abyssiniae necnon regio Nilotica, quousque in Aegyptiorum ditione est, de quorum flora accuratius certiores facti sumus. Longe aliter res sese habet de flora insularum, quae jam catalogos systematice digestos offert, cuius florae plantas insularum occidentalium accuratius novimus, quam orientalium, ex quibus quaevis expeditio numerum quendam novarum plantarum semper attulit.

Cujus rei novum exemplum etiam nuper expeditio tam infelicis Baronis von der Decken praebuit, quae complures insulas Africae orientalis perquisivit, atque quum multas alias plantas nobis attulit, tum cormophyta*) nonnulla in hac expeditione collecta, quae clarissimi Kerstenii interventu liberali mihi describenda benigne tradita sunt. Haec cormophyta Deckeniana primo loco mihi ad describendum sumpsi eaque systematice digessi et species quidem jam notas nonnullis synonymis additis citavi, novas autem diagnosibus circumscripsi. Quum ad quae loca ea expeditio venerit jam satis notum sit, paucis tantum moneam, species a me des-

*) Vulgo cryptogamae »vasculares«.



Digitized by Google

criptas ex insulis Sechellis, ex parva insula Nossi-beh, prope litus occidentale Madagascariae, ex insula Angasilia vel Comoro, ex insula Zanguebarica, ex vicinitate Mombas et Osi, urbium litoris orientalis Africae, ex monte Kilimandjaro allatas esse. Maximam plantarum partem collegit cl. Kersten, pauca tantum exempla, qui ei successit, beatus Linck; summa omnium collectorum cormophytorum est octoginta species.

Praeter hanc collectionem nonnullae aliae jam ante in his regionibus factae utilitatem quandam mihi attulerunt, quamquam in iis non admodum magnus est numerus plantarum eius generis, quod mihi ad describendum sumpsi. Quae collectiones, quibus in describendis plantis usus sum, fere hae sunt: In insulis Sechellis collegerunt praecipue Pervillé et peregrinator ignotus quidam mense januario et februario a. 1848 (Dr. Krapf vel Isenberg?), cujus collectio nunc in herbario regio berolinensi asservatur. Plantarum copiam insularum Nossi-beh, Mayotte, Mohil, duarum Comorarum cl. Boivin, tertiae Johanna vel Angoana viri cl. Speke et Kirk in Europam secum attulerunt; ex quarta insula, Angasilia, majores collectiones nondum innotuerunt. In insula Zanguebarica jam complures peregrinatores et botanici collectiones fecerunt, inter quos tum Bojer quum popularis noster infelix Roscher nominandi sunt. Ex vicinitate urbium Mombas et Osi montisque Kilimandjaro haec fortasse prima cormophyta innotuerunt, quum haec loca in scriptis botanicis, quantum scimus, nunquam adhuc afferantur.

Altera pars hujus dissertationis efficitur enumeratione cormophytorum, quae a viro Ill. Peters nunc professore Berolinensi in itinere Mozambicensi collecta in botanica operis sui parte non descripta sunt. Nam quum in iisdem regionibus procreata sint ac filices a me descriptae, enumeratio earum maxime ad rem pertinere videbatur.

Sequitur postremo catalogus cormophytorum totius Africae, quem e plantarum copia in herbario regio Berolinensi, Brauniano aliisque asservata confeci. In quibus indagandis describendisque

Digitized by Google

maximi momenti fuerunt herbarium atque libri manuscripti professoris Lipsiensis, beati Mettenii, praematuro fato litteris erepti, quorum usus et perlustratio benignitate eximia veneratissimi praeceptoris mei Alexandri Braun permissa mihi erat, qui etiam observationes suas de generibus Isoëti et Marsilia, qua est singulari benevolentia, mecum communicavit. Quod ad Equiseta attinet auctoritatem amici mei, cl. Milde plane secutus sum atque species africanas, ut ille eas in monographia de hoc genere constituit, enumeravi. Enumerationem clarissimorum collectorum hoc loco praetermitto, quia in singulis speciebus, quantum potui, accuratissima litteraturae documenta dedi collectoresque addidi. Quod ad enumerationem specierum a Willemet, Noronha aliis minus notis botanicis descriptarum in catalogo attinet, monendum est, nonnullas synonyma tantum esse specierum jam prius descriptarum, alias novas videri. Hoc autem comparatione solum speciminum originalium, quae quantum scimus, adhuc exstant, discerni potest.

In ordine generum aptum mihi visum est, certo systemate uti atque in singulis generibus species secundum seriem alphabeticam disponere. Quam ad rem perficiendam systema cl. Mettenii elegi, quod primum in libro suo »Filices horti Lipsiensis« divulgavit, postea autem in aliis libris suis valde emendavit. In hoc systemate permulta parva genera, quae a viris cl. Presl, Fée aliisque constituta erant, in pauca magna conjunguntur, quoad formatio sororum aequalis est, — quae res tot formas in unum genus congregavit, ut complures typos primarios ad explicandas singularum formarum series agnoscere debeamus. Illorum clarissimorum virorum distributio, quae imprimis modum fructificationis et nervaturae filicum respicit, parvi autem momenti existimat habitum, non respondet naturali distributioni, secundum quam primo loco habitus atque crescendi rationes, deinde demum fructificatio observandae sunt. Ita generibus Pteridis, Aspidii, Polypodii, Aspleni in circumscriptione, quae nunc exstat, complura satis distincta genera comprehenduntur, quae ex distributione naturali facile ita secerni



Digitized by Google

possint, ut circuitum formarum accurate definitum praebeant. Quod imprimis valet in genere Phegopteridis, quarum species quasi per vim a proximis cognatis, quae nunc in genere Aspidio sunt, diremtae sunt. Mentionem faciam solum Phegopteridis cochleatae et pycnolepidis, quae in distributione naturali juxta Aspidium vestitum ponendae sint, ita ut in quibusdam generibus indusii absentia vel praesentia non nisi ad vicinas species secernendas adhiberi possit. Forma atque dispositio sororum in hac distributione priorem auctoritatem servent.

Postremo pauca de distributione geographica cormophytorum africanorum dicam, in qua primum quidem a generalibus numerorum rationibus proficiscendum nobis est, ut rationem, quae inter cormophyta atque anthophyta et terrae partium et singularum regionum intercedat, cognoscamus.

Frustra adhuc in literatura botanica numerum omnium cormophytorum quaesivi, quam ob rem ipse hanc rationem computavi. Secutus sum systema Mettenianum, in quo quinque familiae et 79 genera enumerantur. Quod systema quum nunc ad finem quendam pervenerit, non alienum esse mihi videbatur, hoc loco ordines et genera enumerare, sicut ex omnibus ejus libris et systematicis et anatomicis evaserunt.

## Cormophyta.

### Fam. I. Filices.

#### Ordo. I. Hymenophyllaceae.

Trichomanes, Hymenophyllum.

#### Ordo. II. Loxsomaceae.

Loxsoma*).

#### Ordo. III. Polypodiaceae.

Acrostichum, Hymenolepis, Chrysodium, Polybotrya, Lomariopsis, — Monogramme, Vaginularia, Vittaria, Antrophyum, Platycerium, Taenitis, Gymnogramme, — Llavea, Allosorus, Adian-

*) Adn. Cf. Bommer. Monographie de la classe des fougères (1867). pag. 88. 100.

Digitized by Google

tum, Lindsaya, Dictyoxiphium, Cheilanthes, Pteris, — Blechnum, Woodwardia, Camptosorus, Scolopendrium, Micropodium, Asplenum, Ceterach, — Hypolepis, Phegopteris, Aspidium, Oleandra, Cystopteris, Woodsia, Onoclea, Diacalpe, — Polypodium, — Nephrolepis, Didymochlaena, Davallia, Dennstaedtia, Microlepia, Saccoloma.

Ordo. IV. Cyatheaceae.

Plagiogyria, Dicksonia, Cibotium, Alsophila, Hemitelia, Cyathea, Matonia.

Ordo. V. Parkeriaceae.

Ceratopteris.

Ordo VI. Gleicheniaceae.

Platyzoma, Stromatopteris, Gleichenia.

Ordo. VII. Schizaeaceae.

Lygodium, Schizaea, Aneimia, Mohria.

Ordo. VIII. Osmundaceae.

Todea, Osmunda.

Ordo. IX. Marattiaceae.

Angiopteris, Marattia, Kaulfussia, Danaea.

Ordo. X. Ophioglossaceae.

Ophioglossum, Helminthostachys, Botrychium.

Fam. II. Equisetaceae.

Equisetum.

Fam. III. Lycopodiaceae.

Psilotum, Tmesipteris, Lycopodium, Phylloglossum.

Fam. IV. Selaginellaceae.

Selaginella, Isoëtes.

Fam. V. Rhizocarpeae.

Pilularia, Marsilia, Salvinia, Azolla.

Ex meis disquisitionibus hi specierum numeri sequuntur:

| | | |
|---|---|---|
| Hymenophyllaceae . . . | 200 | spec. |
| Loxsomaceae . . . . . . | 1 | ,, |
| Polypodiaceae . . . . . | 2821 | ,, |

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Cyatheaceae . . . . . . | 197 | spec. |
| Parkeriaceae . . . . . | 2 | ,, |
| Gleicheniaceae . . . . | 38 | ,, |
| Schizaeaceae . . . . . | 66 | ,, |
| Osmundaceae . . . . . | 10 | ,, |
| Marattiaceae . . . . . | 32 | ,, |
| Ophioglossaceae . . . . | 27 | ,, |
| Equisetaceae . . . . . | 25 | ,, |
| Lycopodiaceae . . . . . | 107 | ,, |
| Selaginellaceae . . . . | 301 | ,, |
| Rhizocarpeae . . . . . | 58 | ,, |

Quibus ex rationibus perspicitur, numerum omnium cormophytorum 3685 esse, — qui numerus non multum absit, quin ad veritatem accedat, quum locupletissimum herbarium beati Mettenii recensu habito circiter 3500 species contineat. In eius numeri locum, ut computatio magis expediatur numerum, ut ita dicamus rotundum, 3700 specierum substituemus.

Quo modo autem phanerogamae plantae ad hunc numerum sese habent? Alph. De Candolle in libro suo praeclarissimo (Géographie botanique raisonnée. vol. I, p. 516) phanerogamarum numerum 59357 esse existimat, unde perspicitur, circiter sena cormophyta in centenas phanerogamas cadere. Si cum cl. Lindley (Phytologist. 1846. p. 594) 81000 phanerogamarum species statuamus, $4^1/_2$ tantum in centenis efficiantur, — qui numerus, quum cormophyta tam divulgata sint, nimis exiguus esse videtur. Plantae enim cryptogamae vasculares per omnes regiones orbis terrarum divulgatae sunt, sed ita ut a polis ad regiones aequatoriales numerus semper crescat atque in his tropicis regionibus, si humoris atque umbrae conditiones adsunt, maximam divulgationem assequantur. Quodsi rationem anthophytorum et cormophytorum, quae in singulis terrae continentibus nascuntur, constitueremus aeque inaccuratam summam omnium assequeremur, quae tantum in regionem valde definitam quadraret, quia et Asia et America

Digitized by Google

per complures zonas sese extendunt, in quibus rationes inter 1 et 10 in centenis differunt et certos numeros anthophytorum singularum terrae continentium Europa*) excepta nondum habemus. Multo igitur aptius est atque characteribus vegetationis multo magis respondet singularum tantum regionum rationes computare.

Ex catalogo nostro apparet 59 esse cormophytorum genera, quae in flora africana occurrant. Desunt igitur in Africa 20 genera quae per ceteras terrae partes ita distributa sunt, ut America endemica genera Llaveam, Dictyoxiphium, Saccoloma, Danaeam; Asia Vaginulariam, Micropodium, Matoniam, Kaulfussiam, Helminthostachyn; Nova Hollandia Phylloglossum; Polynesia Loxsoma, Stromatopteridem, Tmesipteridem habeat. In Asia et America inveniuntur Camptosorus, Plagiogyria, Cibotium, quod in Polynesia quoque occurrit. Genera Allosorus, Onoclea, Woodsia in diversis zonis per Asiam, Americam, Europam divulgata sunt. Res commemoratione maxime digna est, tota in Africa adhuc desiderari genus Botrychium, quod in omnibus terrae partibus et in diversissimis climatibus inveniatur. Quodsi vidimus Americam 4, Asiam 5, Polynesiam 3 genera endemica habere, in Africa 2 tantum et monotypica quidem, Monogramme**) et Mohria inveniuntur.

Jam de numero specierum videamus. Omnia africana cormophytorum genera 683 species praebent, ex quibus 156 species adhuc solum in terra continenti, 198 in continenti atque insulis, 329 in insulis solis collectae sunt, qui postremus numerus explicatur et imperfecta regionum interiorum notitia, in quibus sine dubio multae species adhuc ex insulis solis notae reperientur, et eo, quod tropica vel subtropica insularum flora semper plures endemicas species praebet quam continens terra.

*) Cl. Nyman in catalogo plantarum Europaearum et in supplemento 10918 species anthophytorum enumerat, unde, si 123 cormophyta statuimus, $1^1/_8$ in centenis phanerogamis efficitur.

**) Reliquae enim species generis, Monogrammes, quas cl. Hooker in libris: Species filicum. vol. V. p. 121 sqq. enumerat, cum Taenitide et Vaginularia conjungendae sunt.

Digitized by Google

Si hanc africanarum specierum summam cum universo cormophytorum numero comparamus, Africa $18^1/_6$ in centenis habet, quum Europa, in qua ut supra vidimus 123 cormophyta exstant, tantum $3^1/_3$ in centenis habet. Ex his 683 speciebus in Africa sola colliguntur 458, quum 225 species etiam per alias orbis terrarum partes divulgatae sunt et hoc quidem modo distribuuntur:

| Species africanae inveniuntur quoque in: | Asia | America | Polynesia | Europa | N. Hollandia |
|---|---|---|---|---|---|
| America | — | 35 | — | — | — |
| Europa | — | — | — | 24 | — |
| Asia | 51 | — | — | — | — |
| N. Hollandia | — | — | — | — | 5 |
| Polynesia | — | — | 7 | — | — |
| Europa et Asia | 13 | — | — | 13 | — |
| Asia et America | 15 | 15 | — | — | — |
| Asia et Polynesia | 30 | — | 30 | — | — |
| Nova Hollandia et America | — | 3 | — | — | 3 |
| America et Polynesia | — | 3 | 3 | — | — |
| Europa, America, N. Hollandia | — | 2 | — | 2 | 2 |
| Europa, Asia, America | 10 | 10 | — | 10 | — |
| Asia, America, N. Hollandia | 1 | 1 | — | — | 1 |
| Asia, Polynesia, America | 9 | 9 | 9 | — | — |
| Polynesia, America, N. Hollandia | — | 1 | 1 | — | 1 |
| Europa, Asia, Polynesia | 2 | — | 2 | 2 | — |
| Asia, Polynesia, N. Hollandia | 8 | — | 8 | — | 8 |
| Asia, Polynesia, America, N. Hollandia | 5 | 5 | 5 | — | 5 |
| Europa, Asia, America, Polynesia | 2 | 2 | 2 | 2 | — |
| Europa, Asia, America, Polynesia, N. Hollandia | 1 | 1 | 1 | 1 | 1 |

Ex hoc conspectu sequitur, ut africanae species inveniantur in Asia 147, in America 87, in Polynesia 68, in Europa 54, in Nova Hollandia 26. Singula quoque genera et species eodem modo pro-

Digitized by Google

ponere potuissemus, ita ut divulgatio singularum specierum clarius apparuisset; sed ab hoc consilio desistendum nobis fuit, quum tam amplus conspectus spatio nobis dato repugnet.

Nunc distributionem cormophytorum per singulas Africae regiones breviter perlustremus. Et primum quidem in regione mediterranea omnia cormophyta, quae in Europa australi exstant, reperimus. Peculiares species hujus regionis sunt Isoëtes Perralderiana, quae sola in Algeria invenitur, Marsilia aegyptiaca, Aspidium unitum. — In parte occidentali terrae continentis sequitur regnum Maroccanum et litora magni deserti, de quarum regionum flora perpauca scimus. Deinde Senegambia, Sierra Leone, Guinea superior et inferior sequuntur, terrae a vigesimo gradu latitudinis septentrionalis ad vigesimum gradum latitudinis meridionalis patentes, in quibus adhuc septem cormophyta, quae per totum districtum sese extendunt, cognovimus. Cl. De Candolle (Géogr. bot. rais. I, 478) omnes has terras in partes tres divisit. Prima earum constituitur Senegambia, magno deserto, insulis Caboverdicis, quae tamen ut postea demonstrabimus hoc loco excludendae sunt. Ex Senegambia 23 species cognovi, inter quas quatuor Marsiliarum species solae endemicae sunt, sed hic numerus verisimiliter multo minor vero est, quum multae eius terrae partes parum vel nihil cognitae sint. Proxima regio in cl. De Candollei libro Guinea superiore et Sudan usque ad lineam aequatorialem conficitur. Ex his regionibus majorem plantarum copiam habemus, quam ex Senegambia; singulae hujus regionis partes sunt Sierra Leone, littora maritima a promontorio Palmas usque ad flumen Niger, montes Cameroon, insulae Fernando Po, St. Thomae, Principis, in quibus inter 152 cormophytorum species 70 circiter endemicas cognovimus, ex quo tamen endemicarum specierum numero, ut postea videbimus, major pars insulis obvenit. Si ex sola cormophytorum distributione conjecturam de geographicis plantarum regionibus facere permissum esset, flumen Niger finem inter Guineam superiorem et inferiorem faceret, quum major specierum numerus, qui in montibus Cameroon

Digitized by Google

insulisque jam notatis colligitur, etiam in Congo et Angola reperiatur, sed in Guinea superiore desit.

Tertia et ultima regio Africae occidentalis conficitur terris Congo et Angola secundum cl. Alph. De Candolle, in qua 89 cormophytorum species et inter has 19 endemicae inveniuntur. Qui numerus imperfectam nostram notitiam terrarum continentium Africae satis demonstrat, quum summam universam cormophytorum hujus tropicae regionis sine dubio 400 minimum species esse existimandum sit. Quem numerum vero majorem esse inde probabile est, quod Mettenius in prodomo filicum multo minoris Novo-Granatensis terrae 450 species enumerat. Deinde sequitur inter Angola et Promontorium Bonae Spei regio omnino ignota. Tum terra capensis et natalensis, in qua Pappe et Rawson in Synopsi filicum Africae australis 176 species cormophytorum enumerant, inter quas nonnullae diversis nominibus bis indicantur atque aliae nominantur, quae aut varietates tantum habendae sunt, aut in terra africana omnino non crescunt, ita ut in his terris 161 species putandae sint, quarum 56 in flora capensi endemicae sunt. Enumerationem specierum endemicarum in singulis terris omisi, quippe quae ex catalogo nostro jam eluceat. Viri ill. Drège et E. Meyer (Zwei pflanzengeogr. Dokumente p. 17) in terra capensi et natalensi 6595 plantas phanerogamas enumerant, qui numerus cum cormophytorum comparatus $2^1/_2$ in centenis efficit, quam rationem in Abyssinia similem esse inveniemus. In terrra continenti deinde sequitur terra Mozambicensis, Zanguebarica, litora maritima usque ad promontorium Guardafui porrecta, quae ut ex paucis collectionibus, quae adhuc exstant, vidimus floram cormophytorum ab India insulisque Sundaicis non multo diversam praebent. Multo autem accuratius de flora regionis niloticae et abyssinicae instructi sumus. Cl. Schweinfurth (Beiträge zur flora Aethiopiens) in catalogo 3880 anthophyta et 51 cormophyta enumerat, quo ex numero $1^1/_2$ in centenis efficitur. Sed hic numerus plane mutatur, si consideramus, ab hac summa plantas nubicas et aegyptiacas detrahendas

Digitized by Google

esse, quum in his regionibus crescendi conditiones cormophytis omnino fere negatae sint. Restant igitur regiones Nili albi et Abyssiniae, in qua, si ea, quae cl. Schweinfurth nobiscum communicavit, sequimur, 2350 anthophyta crescunt, quae cum 51 cormophytis comparata, $2^1/_8$ in centenis efficiunt, — qui numerus in regionibus tropicis nimis exiguus esse mihi videtur, quum in Germania septentrionali $2^1/_2$ cormophyta in centenis anthophytis inveniuntur. Plantae endemicae hujus regionis sunt quinque.

Haec de cormophytis terrae continentis; videamus iam de insulis. Jam supra commemoravi, omnem fere insularum floram multo locupletiorem cormophytis esse quam aeque magnam partem terrae continentis, ita ut in insula Tristan d'Acunha cormophytorum numerus anthophyta fere adaequet.

Insulae, quae in oceano atlantico a linea aequatoriali versus septentrionem spectant, in universum eadem genera ac species cormophytorum praebent. In insula Madeira adhuc inventa sunt 51 cormophyta, inter quae 4 (Phegopteris Drepanum, Aspidium falcinellum, frondosum, elongatum) endemica sunt. Secundum Cl. Hooker in Flora Nigritiana p. 78 summa omnium anthophytorum in insula Madeira crescentium est 653, quae cum cormophytis comparata $7^3/_4$ in centenis phanerogamis efficiunt. Minorem autem numerum cormophytorum in insulis Canariensibus invenimus, in quibus 43 species tantum crescunt, sed multo plures anthophytorum. Una tantum species (Asplenum Newmanni) aliis locis nondum collecta est. Si viros ill. Webb et Berthelot (Phytogr. canariens.) sequimur in insulis canariensibus 974 species anthophytorum crescunt, unde $4^1/_2$ cormophyta in centenis efficiuntur, sed cum illi multas species a cl. Buch commemoratas plane omiserint, hic numerus rejiciendus videtur, quum praesertim vir ill. C. Bolle, qui has regiones accuratius pervestigavit, numerum specierum 2000 esse existimet, unde $2^1/_5$ cormophyta in centenis phanerogamis efficiantur.

Insulae Caboverdicae, quas cl. De Candolle cum plantarum

Digitized by Google

senegambica regione conjungit secundum cl. Bollei opinionem paucas species illius regionis praebent; in regionibus enim humilioribus plantae crescunt, quae per multas terras tropicas divulgatae sunt, in altioribus autem flora insulis canariensibus simillima invenitur. Quae res eo fit certior, quod ex tropicorum cormophytorum numero, quae in Senegambia collecta sunt, ne una quidem species in insulis Caboverdicis adhuc, quoad cognovi, inventa est. Habemus in his insulis 32 species, ex quibus Aspidium Grunowii solum endemicum est. Vir Ill. Schmidt (Flora der Capverdischen Inseln) 420 anthophytorum species harum insularum enumerat, sed ad veritatem propius accedere videtur numerus 600 specierum, quem cl. Bolle benigne mecum communicavit; hoc modo igitur $5\frac{1}{3}$ in centenis phanerogamis efficiuntur. Commemoratione maxime dignum est, quod in his insulis secundum virum ill. C. Bolle non numerus specierum, sed exemplorum praevaleat. Itaque vasti districtus solis cormophytis obtecti sunt, quam rem simili modo in Nova Seelandia reperimus, quae filicibus suis maxime abundantibus exstinctum cormophytorum in formatione lithanthracum principatum in animum nobis revocat.

Jam si ad insulas oceanicas hemisphaerii australis nos convertimus, multo aliter numerorum ratio ibi se habet.

Ac primum quidem insula Ascensionis inter 12 cormophyta 5 endemicas species habet atque secundum Lesson et Richard (Voyage de l'Astrolabe) in tota insula 39 anthophyta tantum inveniuntur, unde $30\frac{1}{2}$ in centenis phanerogamis efficiuntur. Ex insula St. Helenae deinde 30 species cormophytorum innotuerunt, inter quas 10 nullis aliis locis adhuc inventae sunt. Cl. Roxburgh (in Beatson Tracts. of St. Helena p. 295 sqq.) enumerat 25 tantum species, sed Antomarchi (Derniers moments de Napoleon vol. II) 43, qui numerus mihi maxime dubius esse videtur. Enumeratio quodammodo accurata anthophytorum in insula crescentium non exstat, quum et magna pars plantarum indigenarum introductis capris silvisque caesis extincta sit et catalogi virorum illustrissi-

Digitized by Google

morum Roxburgh, Antomarchi, Pritchard*) copiam plantarum commemorent, de quibus nescimus, utrum in insula indigenae an ex aliis terris introductae sint. — Multo certius de insula Tristan d'Acunha instructi sumus, in qua cormophyta fere anthophyta adaequant. Inventae sunt adhuc inter 30 species cormophytorum 7 endemicae. Numerus anthophytorum secundum Thouars (Mélanges et Voyages) et Carmichael (Transact. Linn. Soc. vol. XII, p. 483) 33 est, ita ut $90^3/_4$ in centenis efficiantur. — Dolendum est, quod ex insulis Fernando Po, St. Thomae, Principis catalogi phanerogamarum nondum exstant, ex quibus rationes cormophytorum et anthophytorum constituere possimus. Ex insula Fernando Po innotuerunt 84 species et 12 endemicae, ex insula Principis 18 et 2 endemicae, ex insula St. Thomae 18 et una species endemica. Hae insulae omnino eandem fere filicum vegetationem ac vicina terra continens praebent, in qua regione floram montium Cameroon accuratius nuperrime cognovimus.

Nunc ad insulas Africae orientalis transeamus. Omnes hae insulae, ut Mascarenae, Madagascaria cum insulis St. Mariae et Nossi-beh, Comorae, Sechellae fere eandem floram habent, quae multis indicarum plantarum formis intermixta est. Plurimum de insulis Mauritii et Borboniae edocti sumus, multo minus de ceteris. Jam cl. Bojer (Hortus Mauritianus 387 sqq.) omnia cormophyta, quae in insula Mauritii crescunt, enumeravit et 220 species statuit, sed inter has nonnullas species, quae numquam in insula collectae sunt, alias bis diversis nominibus commemoratas. Ex investigationibus meis 192 indigenas earumque 48 endemicas species statuendas esse crediderim. Si cum cl. Bojero 725 anthophyta sumimus (qui numerus nimis exiguus esse mihi videtur) $26^1/_2$ cormophyta in centenis phanerogamis conficiuntur. Ex reliquis insulis africanis nulli accurati plantarum catalogi exstant, ex quibus rationes anthophytorum et cormophytorum constituere possimus. Jam sequitur

*) Pritchard (Alphabet. list of plants of St. Helena) enumerat 31 tantum anthophyta indigena et 25 cormophyta.

Digitized by Google

hoc loco cormophytorum numerus, quem statuere potui, reliquarum insularum et summa omnium (A) et species endemicae (B) *).

| | | A. | B. |
|---|---|---|---|
| | Ins. Borboniae . . . . . | 220 | 96 |
| | Madagascaria . . . . . . | 144 | 37 |
| | Ins. Nossi-beh . . . . . | 26 | 3 |
| | Ins. Comorae . . . . . . | 75 | 5 |
| Ins. Comorae | Ins. Mayotte . . . . . . | 32 | — |
| Ins. Comorae | Ins. Johannae. . . . . . | 26 | — |
| Ins. Comorae | Ins. Angasilia . . . . . . | 21 | — |
| Ins. Comorae | Ins. Mohil . . . . . . . | 2 | — |
| | Ins. Sechellae . . . . . | 30 | 6 |

Perlustrata postremo universa cormophytorum africanorum flora, regionem Africae mediterraneam eadem cormophyta quae Europa australis, praebere apparet. In littore occidentali a flumine Senegal usque ad agrum Mossamedensem africanas formas americanis intermixtas videmus. Terra capensis, si species endemicas florae africanae omittimus, formas habet, quae in omnibus regionibus subtropicis occurrere solent; praeterea autem rem commemoratione maxime dignam, ut in Proteaceis, animadvertimus, haud parvum numerum cormophytorum capensium in Nova Hollandia reperiri. Regiones orientales Africae insulaeque adjacentes praebent species, quae etiam in aliis terris, quas oceanus indicus alluit, exstant.

Accuratius inquirere in singularum specierum distributionem, quae multas magni momenti res offert, hoc loco nobis non permissum est; id solum monendum est, rationes separatae specierum geographicae distributionis, ut cl. De Candolle (Géogr. bot. rais. vol. II, p. 1031) indicavit in phanerogamis, etiam in cormophytis

*) Magnopere doleo, quod libro: »Bulletin de la société d'acclimation et d'histoire naturelle de l'île de la Réunion«, uti non potui, in quo cl. P. Bories catalogum filicum Borbonicarum publici juris fecit; sed hic liber in urbe nostra non exstabat.

Digitized by Google

occurrere, qua in re commemorationem facio Aspleni pumili, quod in America centrali australique et in Abyssinia colligitur, vel Pteridis pedatoidis in Brasilia et in insulis Mascarenis, vel Gymnogrammes serrulatae in Africa occidentali et in India orientali insulisque Sundaicis, vel Antrophyi Boryani in insulis Mascarenis et in insula Tahiti, vel Aspidii Pica in Mascarenis et in insula Ualan etc.

Postremo gratissimum nobis atque religiosissimum est omnibus, qui in hoc opusculo elaborando nos adjuverunt, praecipue illustrissimo praeceptori veneratissimo Al. Braun, qui mirabili semper comitate utilissimoque suo consilio studiis nostris favebat gratias agere quam plurimas.

Digitized by Google

# Filices Deckenianae.

## 1. Polypodiaceae R. Br.

### Acrostichum L.

Acrostichum hybridum Bory.

Bory voy. III. 96. Sw. syn. f. 11. W. sp. V. 107. Fée Acrost. 40. t. 9. f. 4. gen. fil. 43. Hk. spec. V. 210. Ettingh. farn. 4. t. 4. f. 6.

β. Vulcani Leperv. in Fée Acrost. 41. t. 9. f. 3. Hk. spec. V. 211.

**Ins. Comorae. In insulae Angasiliae monte ignivomo circa stationem nocturnam 6000 ped. et inter 6000 atque 9000 ped. Majo. 1864. leg. Kersten. no. 1. 2.**

Acrostichum splendens Bory.

Bory in W. sp. V. 104. Fée Acrost. 60. t. 21. f. 2. gen. 43. Hk. sp. V. 239 (partim).

var. Angasiliensis.

Differt a forma typica paleis rhizomatis nigricantibus, nitidissimis, lanceolatis, longe acuminatis, sparse dentatis, dentibus obtusis, brevissimis.

**Ins. Comorae. In monte ignivomo insulae Angasiliae 6000—9000 ped. Majo. 1864. leg. Kersten. no. 3.**

Acrostichum viscosum Sw.

Sw. syn. 10. 193. W. sp. V. 103. Fée Acrost. 45. Hk. sp. V. 220. Ettingh. farn. 3. t. 1. f. 15. t. 2. f. 1.

var. salicifolium (Klf.) Klf. en. 58.

**Ins. Comorae. In insulae Angasiliae monte ignovomo 3600—6000 ped. Majo. 1864. leg. Kersten. no. 4.**

Acrostichum Deckenii.

Rhizoma repens paleis nigricantibus, nitidissimis, lanceolatis, acuminatis, laciniatis, laciniis longe subulatis dense vestitum;

Digitized by Google

folia disticha siccitate alutacea, sterilium petiolus 13—14″ longus, bisulcatus, paleis ferrugineis, ovatis, acutis, dense laciniatis, longissime subulatis haud sparse obsitus, infra hinc inde glandulosus; lamina 9—12″ longa, 1″ lata, lanceolata, utrinque acuminata, paleis ferrugineis, ovatis, valde dilaceratis supra sparse infra densius obsita; nervi 1—2‴ distantes subimmersi, liberi rarissime hinc inde arcu intramarginali conjuncti, simplices vel bifurcati vel trifurcati. Folia fertilia desunt.

Africa orientalis tropica. In Kilma ad radices montis Kilimandjaro regionis Dschagga. 3—4000 ped. leg. Kersten. 1864. no. 5.

### Platycerium Dsv.

Platycerium alcicorne Dsv.

Dsv. Ann. Soc. Linn. VI. 213. Hk. sp. V. 282.

Africa orientalis tropica. Prope Mombas. Exeunte Januario leg. Kersten. no. 6.

### Adiantum L. Sw.

Adiantum lunulatum Burm.

Burm. flor. ind. 235. Sw. syn. 121. W. sp. V. 430. Hk. spec. II. 11. Ettingh. farn. 85. t. 46. f. 6. 7. Bedd. f. South. Ind. 1. t. 1.

Insula Nossi-beh ad Madagascariam. Mart. Apr. 1864. leg. Kersten. no. 7.

Adiantum caudatum. L. 7928.

Sw. syn. 122. W. sp. V. 431. Hk. sp. II. 13.

var. hirsutum Mett. msc.

Adiantum hirsutum Bory it. I. 198. W. sp. V. 432. Klf. en. 201. Kze. Linn. 24. 273.

Insulae Sechellae. In collinis, Aug. 1863. leg. Kersten. no. 9. — Ins. Comorae. Prope Kitandam insulae Angasiliae. VII. Majo 1864. leg. Kersten. no. 8.

Adiantum hispidulum Sw.

Sw. Schrad. journ. 1800. II. 82. syn. 124. 321. W. sp. V. 444. R. Br. prodr. 155. Hk. sp. II. 31. Mett. fil. h. Lips. 47. Moore ind. 28. Ettingh. farn. 84. t. 44. f. 1. 3. 16.

Ins. Comorae. In colle meridiem versus prope Kitanda-Mdjini insulae Angasiliae. VIII. Majo 1864. leg. Kersten. no. 10.

### Lindsaya Dryand.

Lindsaya Pervillei Mett.

Mett. in hb. propr. Berol. Paris. Boiss. — Linds. Kirkii. Hb. Hook.



Digitized by Google

Rhizoma?, folia subcoriacea, glaberrima, laete viridia, utrinque nervis proeminentibus substrigosa; petiolus 4—6″ longus, basi paleis lanceolatis, acuminatis obsitus, glaber; rhachis glabra, late sulcata; lamina 12—14″ longa, late ovata, acuminata, bipinnatisecta; segmenta primaria 5—7 juga, brevissime petiolata, basi subopposita, sursum alterna, erecto-patentia, lanceolata, apice longe acuminata, superiora terminali fere aequalia; segmenta secundaria breviter petiolata, 15—24 juga vel numerosissima, approximata, e basi inferiore dimidiata, superiore truncato-rotundata, rhomboidea vel trapezio-oblonga, margine interno integerrimo, antico atque postico crenato-dentato, segmenta superiora triangulari-cuneata; nervi prominuli pluries dichotome flabellati, dentes adeuntes; sori distincti in apice nervi singuli vel arcum nervorum plurium occupantes; indusium rigidum inciso-serratum, pallidum, ad latera adnatum, marginem adaequans; sporangia annulo 12—14 articulato; sporae tetraëdrico-globosae; paraphyses nullae.

Ins. Sechellae. In collinis. Aug. 1863. leg. Kersten. no. 11.

Differt a Lind. tenera Dry. marginis dentibus et indusiis marginem attingentibus, a Lind. Thwaitesii Mett. in hb. Berol. (Ceylon. Thwaites. n. 982.) nervis liberis non anastomosantibus, segmentis superioribus non decrescentibus.

## Cheilanthes Sw.

### Cheilanthes pteroides Sw.

Sw. syn. 128. W. spec. V. 455. Schldl. ad. 54. Hk. sp. II. 80. t. 101. A. Mett. fil. h. Lips. 52. t. 16. f. 10. Cheil. n. 54. t. 3. f. 25. 26.

Africa orientalis tropica. Prope Mombas. Exeunte Januario 1865. leg. Kersten. no. 12.

## Pteris. L. Mett.

### Pteris dichotoma.

Pteris radiata Bojer. Hort. 399. Mett. fil. hort. Lips. 54. t. 15. f. 6.

var. australis (L.) Hk.

Actiniopteris radiata β. australis Hk. Icon. pl. t. 976. Moore ind. fil. 16.

In insula Zanguebarica. Januario 1865. leg. Linck. no. 13.

### Pteris dura W.

W. sp. V. 376. Boj. h. Maur. 400. Pt. rigida Bory msc. Pellaea dura Hk. sp. II. 139.

Ins. Comorae. In insulae Angasiliae monte ignivomo circa stationem nocturnam 6000 ped. Majo 1864. leg. Kersten. no. 14.

Digitized by Google

## Pteris viridis Forsk.

Forsk. flor. Aeg. Arab. 186. Pteris hastata. Sw. Schrad. journ. 1803. II. 228. Syn. 106. W. sp. V. 391. Schldl. ad. 42. Mett. fil. h. Lips. 56. Ettingh. farn. 89. t. 52. f. 7. 8.

var. stenophylla Kze. Lin. 10. 533.

Ins. Comorae. In insulae Angasiliae monte ignivomo inter 600—3600 ped. et 3600—6000 ped. Majo. 1864. leg. Kersten. no. 15. 16. In insula Angasilia prope urbem Kitandam VII. Majo 1864. leg. Kersten. no. 17.

## Pteris longifolia L.

var. α. Ag. Rec. gen. Pter. 2. Pt. costata Bory in W. V. 367. Spr. syst. IV. 71.

In insula Zanguebarica. Januario 1865. leg. Linck. no. 19.

var. β. Ag. Rec. gen. Pt. 2. Pt. ensifolia Sw. syn. 95. W. V. 366. Spr. syst. IV. 71.

Africa orientalis tropica; prope Mombas. Exeunte Januario 1865. leg. Kersten. no. 18.

## Pteris nemoralis W.

W. sp. V. 386. hb. 19997. fol. 1. 2. 3. Ag. rec. gen. Pt. 25. Hk. sp. II. 202. Mett. f. h. Lips. 57.

Ins. Sechellae. In collibus. 3. Aug. 1863. leg. Kersten. no. 20. — Africa orientalis tropica; prope Mombas. Exeunte Januario 1865. leg. Kersten. no. 21.

## Pteris biaurita L. suppl. 1534.

Sw. syn. 98. Ag. rec. gen. Pter. 26. Hk. spec. fil. II. 203.

Ins. Comorae. In monte ignivomo insulae Angasiliae inter 600 et 3000 ped. Majo. 1864. leg. Kersten. no. 22.

## Pteris arguta Ait.

var. flabellata (Thbg.) Mett. msc.

Pt. flabellata Thbg. prod. 172. Sw. syn. 99. W. V. 396. Ag. rec. gen. Pter. 37. Hk. sp. II. 185. Mett. fil. h. Lips. 57. Ettingh. farn. 93. t. 58. f. 9; t. 59. f. 6. 7; t. 63. f. 2.

Africa orientalis tropica. In monte Kilimandjaro regionis Dschagga. 5800—7800 ped. 1864. leg. Kersten. no. 23.

## Pteris aquilina L.

β. lanuginosa (Bory).

Bory in W. sp. V. 403. Klf. en. 189. Ag. rec. gen. Pter. 51. Hook. sp. II. 196. Spr. syst. IV. 78.

Africa orientalis tropica. In monte Kilimandjaro regionis Dschagga. 3—4000 ped. 1864. leg. Kersten. no. 24. — Ins. Comorae. In insulae Angasiliae monte ignivomo. 3600—6000 ped. Majo. leg. Kersten. no. 25.



Digitized by Google

## Asplenum L.

### Asplenum Nidus L.

L. 7830. Lam. enc. II. 303. Sw. syn. 74. W. sp. V. 303. Pr. tent. 106. t. 3. f. 23. Mett. fil. h. Lips. 71. Aspl. no. 1. Hook. spec. III. 77.

**Africa orientalis tropica; prope Mombas; exeunte Januario 1864. leg. Kersten. no. 26.**

### Asplenum anisophyllum Kze.

Kze. Linn. 10. 511. Mett. Aspl. n. 36. t. IV. f. 12. Pappe et Raws. syn. fil. cap. 18. Moore ind. 113. Hk. spec. III. 111 (partim.) Ettingh. farn 142. t. 91. f. 8.

var. microphylla.

Pinnae forma typica minores 2—$2\frac{1}{2}$ longae, $\frac{1}{2}''$ latae; lamina apice gemmifera.

**In monte Kilimandjaro regionis Dschagga 5500—7800 ped. 1864. leg. Kersten. no. 27. 28.**

Specimina nostra quamquam valde manca, tamen indusio fornicato atque soris crassis satis notabilia a specie typica a cl. Kunzeo descripta et ab icone a cl. Hookero (spec. vol. V. tab. 264.) delineata non nisi pinnarum magnitudine recedunt.

### Asplenum Mettenii.

?Asplenum macrolepis Mett. msc. var. tripinnatisecta.

Rhizoma?, petiolus?, folia membranaceo-carnosula, opaco-viridia; rhachis livida laxe paleis ovatis acuminatis nigricantibus obsita; lamina? tripinnatisecta paleis minutissimis nigricantibus obtecta; segmenta primaria erecto-patentia, 1″ distantia, petiolata, e basi oblique cuneata, oblongo-lanceolata, auriculata, acuminata, 3″ longa; secundaria petiolata trapezio-oblonga, acuta, e basi oblique cuneata, ala angustissima confluentia, infima maxima a reliquis latius distantia; tertiaria breviter petiolata trapezio-ovata vel lanceolata, obtusa, basi cuneata, ala manifesta confluentia, obtuse serrata; nervi supra prominuli, infra subimmersi, angulo acuto ascendentes, dentes adeuntes; sori utrinque 2—5; indusium latiusculum; sporangia annulo 18—22 articulato; sporae ovato-oblongae.

**Africa orientalis tropica; prope Mombas, exeunte Januario 1865. leg. Kersten. no. 29.**

Specimen nostrum apice et basi orbatum bene cum diagnosi Aspleni a cl. Kirk in insula Johannae collecti et a cl. Mettenio in libris manuscriptis descripti congruit.

### Asplenum Sandersoni Hook.

Hook. spec. fil. vol. III. p. 147. tab 179.

Digitized by Google

Africa orientalis tropica. In monte Kilimandjaro regionis Dschaggá 5500—7800 ped. 1864. leg. Kersten. no. 30.

Specimina nostra fere omnia apice gemmifera.

Asplenum protensum Schrad.

Schrad. goett. gel. Anz. 1818. 916. Schldl. adumbr. 29. tab. 16. Kze. Linn. 10. 513. Mett. Aspl. n. 137. Pappe et Raws. 18. Hk. spec. III. 150. Ettingh. farn. 140. tab. 82. f. 7. 8. 11. 14.

Africa orientalis tropica. In monte Kilimandjaro regionis Dschagga 5500—7800 ped. 1864. leg. Kersten. no. 31.

Asplenum contiguum Klf.

Klf. en. 172. Hk. spec. III. 156. tab. 194. Lowe. f. IX. t. 4. A. Mett. Aspl. n. 145. Beddom. F. S. Ind. 47. t. 140.

var. elongata.

Pinnis apice longe acuminatis.

Africa orientalis tropica. In monte Kilimandjaro regionis Dschagga 5500—7800 ped. 1864. leg. Kersten. no. 32.

Varietas nostra media inter Asplenum contiguum Klf. et Asplenum lepturum J. Sm., a priore specie pinnis apice longe acuminatis, a posteriore pinnis e basi superiore auriculatis recedens.

Aspleni spec.

Ins. Comorae. In insulae Angasiliae monte ignivomo 3600—6000 ped. Majo. 1864. leg. Kersten. no. 33.

Specimen nostrum frondem unicam sterilem rhizomate carentem sistens fortasse status sterilis jam notae speciei est. Lamina pinnatisecta apice pinnatifida, chartacea, opaco-viridis, glabra, nervis strigosa, 4″ lata, 6″ longa; segmenta 10 juga, patentia, petiolata, media 2″ longa, $^1/_2$″ lata, e basi inferiore profunde exciso-cuneata, superiore cuneato-rotundata, trapezio-lanceo lata, longe acuminata, irregulariter dentato-serrulata; nervi manifesti, fere $1^1/_2$″ distantes, furcati. Fructificatio deest. Species ex affinitate Aspleni contigui Klf., ab omnibus autem affinibus pinnis e basi inferiore profundissime exciso-cuneata distincta.

Asplenum nitens Sw.

Sw. syn. 264. 421. W. V. 326. Hk. spec. III. 157. tab. 195. Mett. Aspl. n. 147. Ettingh. farn. 142. t. 91. f. 12; t. 92. f. 1. 5.

var. angustifolia.

Ins. Comorae. In monte ignivomo insulae Angasiliae 3600—6000 ped. Majo. 1864. leg. Kersten. no. 34.

Specimina nostra basi orbata a forma normali quam ill. Hookerus (spec. III. tab. 195) delineavit, non nisi pinnis angustioribus

Digitized by Google

2—3″ longis, ¼″ latis subtus laxe paleaceis, soris costae magis approximatis quam in exemplis Sieberianis ex insula Mauritiana collectis differunt.

Asplenum macrophyllum Sw.

Sw. Schrad. journ. 1800. II. 52. syn. fil. 77. 261. W. V. 311. Mett. Asplen. n. 152[b]. Hk. spec. III. 158. t. 196. Moore. ind. fil. 143.

Ins. Comorae; prope urbem Kitanda insulae Angasiliae. leg. Kersten. VII. Majo. 1864. no. 35.

var. urophylla Hook.

Hook. spec. fil. III. 158. t. 197.

Pinnae falcatae plus minus auriculatae, serrato-dentatae, 5—6″ longae, 1—1½″ latae.

Insula Nossi-beh ad Madagascariam. Mart. April. 1864. leg. Kersten. no. 36.

Asplenum furcatum Thbg.

Thbg. prod. 172. Sw. syn. 83. Schldl. adum. 30. Mett. fil. hort. Lips. 77. Asplen. n. 161. Pappe et Rawson syn. fil. cap. 20. Hk. spec. III. 165. Ettingh. farn. 137. tab. 86. f. 7.

Ins. Comorae. In insula Angasilia prope Kitanda-Mdjini in colle meridiem versus. VIII. Majo 1864. leg. Kersten. no. 37. In monte ignivomo insulae Angasiliae circa stationem nocturnam 6000 ped. Majo 1864. leg. Kersten. no. 38.

var. alpina.

Lamina 3″ longa, rhachis paleis lanceolatis, acutis, integris, ferrugineis obsita; pinnae apice productae.

Ins. Comorae. In insulae Angasiliae monte ignivomo 6000—9000 ped. Majo 1864. leg. Kersten. no. 39.

Haec varietas statura minori et paleis ferrugineis facile a formis typicis distinguenda est.

Asplenum Linckii.

Rhizoma?, petiolus bisulcatus, stramineus una cum rhachi atque ramificationibus laxe paleaceus, paleis ovatis, acuminatis, clathratis obsitus; folia chartacea supra nitida, infra opaco-viridia, quadripinnatisecta; lamina 8—9″ longa, 5—6″ lata; segmenta primaria distantia utrinque ad rhachin 10—12, media 3—4″ longa, 2″ lata, ovata, acuminata, infima maxima apicem versus decrescentia, alternantia; secundaria utrinque 6—9 ad costam primariam, ovato-lanceolata, acuminata; tertiaria utrinque 3—5 ad costam secundariam, ½—¾″ longa, ½″ lata, e basi cuneata, late ovata vel trapezio-ovata, quartaria utrinque 1—2, petiolata, e basi cuneata, lanceolata, obtusa, bi-quadridentata, dentibus angustis acuminatis inaequalibus, infima segmenta saepius quoque bipartita; nervi bi-quadrifurcati, apices dentium adeuntes; sori utrinque ad costulam 1 vel 2, elongati, 1½‴ longi,

Digitized by Google

mediam laminae partem obtegentes; indusium membranaceum, integrum; sporae ovoideae vel subreniformes ala lata circumdatae.

Africa orientalis tropica. In monte Kilimandjaro regionis Dschagga 5500—7800 ped. leg. Kersten. no. 40.

Species distinctissima, affinis Aspleno laserpitifolio Lam., a quo statura minore et segmentorum dispositione atque ramificatione differt.

Asplenum silvaticum Mett.

Mett. fil. h. Lips. 74. Asplen. n. 202. Ann. Mus. Lugd-Bat. II. 238. Hook. spec. III. 248. Benth. flor. Hongk. 452. Ettingh. farn. 150. t. 95. f. 4.

Africa orientalis tropica; prope Mombas. Exeunte Januario 1865. leg. Kersten. no. 41.

## Aspidium Sw.

Aspidium lobatum Sw.

Sw. syn. 53. W. sp. V. 260. Mett. fil. h. Lips. 88. Aspid. n. 108. Milde nov. act. XXVI. II. 490.

var. angulare Mett.

Mett. fil. hort. Lips. 88. Aspid. n. 108.

Ins. Comorae. In insulae Angasiliae monte ignivomo 6—9000 ped. Majo 1864. leg. Kersten. no. 42. 43.

Specimina nostra exacte congruunt cum speciminibus Schimperianis in Abyssinia collectis.

Aspidium inaequale Schldl.

Schldl. adum. 23. t. 12. Kze. Linn. 10. 549. Mett. Aspid. n. 151. Nephrodium Hook. spec. IV. 125.

Ins. Comorae. In insulae Angasiliae monte ignivomo inter 3600 et 6000 ped. Majo 1864. leg. Kersten. no. 44.

var. alpina.

Differt a forma normali petiolo 3—3½″ longo, lamina deltoidea 4½—6″ longa, 3—4″ lata.

Ins. Comorae. In insulae Angasiliae monte ignivomo circa stationem nocturnam 6000 ped. Majo 1864. leg. Kersten. no. 45.

Differt a varietate »montana Kze. Linn. 10. 549«, quam cl. Hookerus (spec. IV. 125.) per errorem cum Aspidio filice mare conjunxit, soris non confluentibus, lamina triangulari sursum decrescente.

Ins. Comorae. In insulae Angasiliae monte ignivomo circa stationem nocturnam 6000 ped. Majo 1864. leg. Kersten. no. 45.

Digitized by Google

## Aspidium Kilmense.

Rhizoma?, petiolus?, lamina 1′ longa, 8″ lata, subovata, acuminata, superne glabra, fuscescens, infra opaco-viridis, tripinnatisecta, rhachis glabra, costulae primariae et secundariae sparse paleaceae, paleis late ovatis subito acuminatis; segmenta primaria erecto-patentia 4—5″ longa, 2—2½″ lata, ovato-lanceolata, acuta, petiolata, secundaria rhombeo-ovata obtusa, 1—1½″ longa, ½—¾″ lata, inaequilatera plerumque petiolata, pinnatisecta; tertiaria inferiora petiolata, ala angustissima conjuncta, superiora sessilia, basi confluentia, rhombeo-ovata, obtusa, e basi inferiore cuneata, superiore oblique truncata, crenato-dentata, apice bi-vel tridentata; nervi inferiores furcati, apicem crenarum vel dentium adeuntes; sori in segmentis tertiariis infimis 2—4, ramum anticum nervorum occupantes costae magis quam margini approximati, in segmentis superioribus 2, confluentes et fere totam laminam obtegentes; indusium glabrum, reniforme, membranaceum, integrum; sporangia annulo 12—14 articulata, sporae ovatae vel globosae; paraphyses nullae.

**Africa orientalis tropica. In Kilma ad radices montis Kilimandjaro regionis Dschagga 3—4000 ped. 1864. leg. Kersten. no. 46.**

Species distincta, quamvis e specimine manco descripta, affinis Aspidio athamantico Kze., a quo segmentorum forma obtusa facile distingui potest.

## Aspidium cirrosum Schum.

Schum. K. Dansk. Vid. Afh. IV. 457. Nephrodium crinibulbum Hk. sp. f. IV. 92. t. 244. Hook. fil. in journ. Linn. soc. VII. 234.

**Africa orientalis tropica; prope Mombas. Exeunte Januario 1865. leg. Kersten. no. 47.**

Vegetatio terrestris. Rhizoma ad magnitudinem nucis Juglandis increscens, trisulcatum, foliorum fasciculum basi bulbi instar consertum gerens. Folia numerosa, rigida, dura, 30—40 centim. longa, supra vaginam 1 mm. lata, acute marginata, antice planiuscula, dorso convexa, fasciculis fibrosis periphericis primariis validis 4, accessoriis tenuioribus 18—24 percursa, stomatibus crebris instructa. Cellulae vitreae nonnullae coloratae. Vagina folii pallida. Sporangium velo ad $^1/_2$—$^3/_4$ tectum, cellulis sclerenchymaticis contiguis, vix coloratis instructum. Labium paulo productum. Lingula elongato-triangularis sporangio brevior. Macrosporae in eodem sporangio dimorphae, majores 0,55—0,62 mm., minores 0,38—0,48 crassae, cinerascentes, angulis et verrucis albis ornatae. Anguli crassi, obtusi, verticis in macrosporis minoribus flexuosi. Verrucae magnae, hemisphaericae, distantes, nonnunquam geminatim confluentes, in faciebus verticis 5—6, in macrosporis minoribus solitariae vel paucae confluentes. Microsporae 0,03—0,04 mm. longae, 0,025—0,035 crassae, valde obtusae, dense muriculatae. (A. Br. msc.)

Welw. msc. Al. Br. in Sitzb. Naturf. Fr. Berl. 1867. pag. 7.

Angola. In pascuis arenosis humidiusculis silvaticis inter Pungo Andongo et Sansamanda non procul a ripa fluminis Cuanza 1857 (Welw. n. 50).

Ab I. velata A. Br. differt vegetatione omnino terrestri, foliis durioribus, fasciculis fibrosis numerosioribus et validioribus, macrosporis dimorphis, microsporis brevioribus et crassioribus. (A. Br. msc.)

Isoëtes Duriaei Bory.

Bory Compt. rend. XVIII. séance du 24. juin. 1844. Flora. 1844. 716. Al. Br. Explor. scient. d'Alg. t. 36. fig. 2. Cosson. Not. 1849. 70. Gren. Godr. fl. franc. III. 652. Munby Cat. 35. Milde bot. z. 1857. 151. Bertol. fl. it. crypt. 116. Al. Br. Sitzber. Berl. Akad. 1864. 612. Ann. sc. nat. sér. V. t. II. 365. Milde fil. eur. 288. — Isoëtella Duriaei Gennari in Comment. III. 115. — Isoëtes tridentata Dur. msc. — Isoëtes Ligustica de Notar.

Algeria, prope Algeriam (Durieu, Durando). — E. As.

Isoëtes Hystrix Dur. msc.

Bory Compt. rend. 18. 1844. Flora 1844. 716. A. Braun in Expl. scient. d'Algér. t. 36. f. 1. Coss. Not. 70. Gren. Godr. fl. d. France III. 652. Milde bot. z. 1857. 475. Willk. et



Digitized by Google

Lange. Prodr. fl. Hisp. I. 14. Wolsey in Phytol. new. ser. V. 45. Munby Cat. 35. Babingt. journ. of bot. 1863. I. 2. Tchihatscheff fl. As. min. II. 657. Al. Br. Sitzb. Berl. Akad. 1864. 613. Ann. sc. nat. sér. V. t. II. 366. Milde fil. europ. 288. — Cephaloceraton Hystrix et gymnocarpum Genn. Coment. III. 111. — Isoëtes Duriaei Hook. brit. f. t. 56. — Isoëtes setacea Moris et de Not. flor. Caprariae 161. Etc.

Algeria (Durieu). — A. forma loricata Al. Br. l. c. — a. grandis Al. Br. prope Mascaram et Bonam. — b. nana Al. Br. prope Oran. — B. forma desquamata Al. Br. l. c. — b. caespitosa Al. Br. — α. longispina. Prope la Calle. — E. As.

Isoëtes nigritiana Al. Br. msc.

Differt ab I. aequinoctiali vegetatione aquatica (amphibia?), foliis tenuioribus, fasciculis fibrosis accessoriis paucis vel nullis, sporangii velo angustissimo, macrosporis (dimorphis) fuscis, in sicco fusco-cinereis, verrucis in faciebus verticis macrosporarum majorum et minorum solitariis vel paucis. (A. Br. msc.)

Ad flumen Niger in stagnis (Barter 1020).

Isoëtes Perralderiana Dur. et Letourn.

Durieu et Letourneux. Bull. soc. Franc. VIII. 1861. 591. Kralik. pl. Alg. select. 157. Milde fil. eur. 282.

Algeria, prope Akfada haud procul a Bugie Cabyliae orientalis (Cosson et Letourneux).

Isoëtes velata Al. Br.

Al. Br. Expl. sc. d'Alger. t. 37. f. 1. Munby cat. 35. Gennari Comment. n. 2. 1861. 103. Al. Br. Monatsber. Berl. Akad. 1863. 602. Ann. sc. nat. sér. V. t. II. 355. Milde fil. eur. 281. — Isoëtes decipiens Durieu msc. — Isoëtes setacea Bertol. fl. ital. critt. 115. Willk. et Lange prod. I. 14. Etc.

Algeria, prope La Calle (Durieu), prope Bona et Philippeville (Letourneux et de la Perraudière n. 155. 155 a). — E. As.

var. longissima Al. Br.

Al. Br. Expl. sc. d'Alger. t. 37. f. 2. Monatsb. Berl. Akad. 1863. 582. 621. J. longissima Bory Compt. rend. t. XVIII (1844).

Algeria, in lacu Houbera prope La Calle (Durieu). — E.

Isoëtes Welwitschii Al. Br.

Vegetatio terrestris. Rhizoma magnitudine nucis Avellanae, trisulcum, folia minus numerosa basi in bulbum imbricatum conserta et phylladibus nonnullis fuscis circumdata gerens. Folia rigida, stricta vel paullulum torta, dura, angustissima, ½ mm. lata, marginata, antice planiuscula, dorso convexa,

Digitized by Google

fasciculis fibrosis, periphericis compressis, primariis 4, accessoriis in pagine anteriore nullis, in posteriore utrinque 4 percursa, stomatibus crebris instructa. Cuticula nodulis seriatis ornata. Cellulae vitreae nonnullae coloratae. Vagina folii pallida (non fusco-variegata vel striolata). Velum angustissimum (subnullum), sporangium non tegens. Cellulae sclerenchymaticae sporangii striatim conjunctae, dilute fuscescentes. Labium truncatum. Lingula elongata, sporangio paulo brevior. Macrosporae ejusdem sporangii dimorphae, majores 0,48—0,54 mm., minores 0,30—0,36 mm. crassae, fuscae, siccae, cinerascentes, angulis verrucisque albis. Verrucae in facie basali numerosae, majores vel minores mixtae, in faciebus verticis omnes perminutae, numerosissimae. Microsporae 0,03 mm. longae, 0,02 crassae, acutiusculae, tuberculis minutis inconspicuis adspersae. (A. Br. msc.)
Al. Br. Sitzber. Gesellsch. Nat. Freund. z. Berl. 1867. 7.

In Angolae districto Huilla, in pascuis breve herbidis editissimis arenoso-humosis de Empalanca in Morro de Lopollo in 5500 ped. circ. 1860. (Welw. n. 166. sub nom. I. Huillensis.) — Affinis I. adspersae A. Br.

---

# Fam. V. **Rhizocarpeae Batsch.**

## I. Marsiliaceae Ad. Brongn.

### 56. Pilularia Vaill.

Pilularia minuta Dur.

Dur. msc. Al. Br. Explor. sc. d'Alger. t. 30. f. 1—20. ined. Munby Cat. 35. Kze. Linn. 23. 315. Moore ind. syn. CXXX. Al. Br. Monatsber. Berl. Akad. 1863. 435. Mett. f. h. Lips. 125. Milde fil. eur. 292. — Pilularia pygmaea Bory msc. in hb. Kze.

Algeria, prope Oran (Durieu). — E. As.

### 57. Marsilia L.

#### Auctore Alexandro Braun.

Marsilia aegyptiaca W.

W. V. 540. Spr. syst. IV. 9. Dsv. Ann. Linn. VI. 179. Delile Aeg. illustr. 972. et flor. 283. t. 50. f. 4. et 4[1].

Digitized by Google

Ledeb. flor. ross. IV. 494. Cosson et Kralik Sertulum Tunetanum 61. Al. Br. Monatsber. Berl. Akad. 1863. 430. Schweinf. beitr. 218.

Regnum Tunetanum, prope Gabes (Kralik 396). — Aegyptus (hb. W. 20256), prope Mansura, Damiette, Essaui (Ehrenberg), prope Abu-Zabel (Schimper et Wiest n. 33. Kotschy n. 408), ad pyramides Gyzenses (Delile, Kralik), prope Gezaieh (Husson), prope Cairo (Bilharz, Schweinfurth. n. 904. 907), ad lacum Menzaleh prope Tanis (Schweinfurth. 906). — E.

forma aquatica.

Aegyptus (Lefèvre), prope Damiette (Sieber, Bromfield), prope Cairo (Steudner), prope Gezaieh (Schweinfurth. 905), prope Sué d'Edkou (Husson).

## Marsilia biloba W.

W. V. 540. Spr. syst. IV. 9. Dsv. Ann. Linn. VI. 179. Al. Br. Monatsber. Berl. Akad. 1863. 429. — Marsilia quadrifolia h. Drège. — M. glomerata Presl. in Abh. d. Boehm. Gesellsch. d. Wissensch. III. 580.

Prom. bon spei, prope Musselbay (Meuron in herb. W. 20257). (Drège, Burchell cat. pl. Afr. austr. extratrop. n. 4444).

## Marsilia Burchellii Al. Br.

Al. Br. Monatsber. Berl. Ak. 1863. 429. — Marsilia quadrifolia γ. Burchellii Kze. Linn. 10. 556. — Marsilia minuta Burchell. cat. 1625. — Marsilia pusilla Al. Br. olim. — Marsilia quadrifolia g. Drège pl. exs.

Prom. bon. spei (Drège. Burchell cat. 1625. 2123). Orange River (Backhouse).

## Marsilia capensis Al. Br.

Al. Br. Monatsber. Berl. Akad. 1863. 428. — Marsilia quadrifolia β. Kze. Linn. 10. 555. — Marsilia quadrifolia d. e. f. i. Drège pl. exs.

Prom. bon. spei, prope Uitenhaag (Ecklon et Zeyher, Alexander 50), ad Oliphantrivier (Mundt et Maire), Kurrée (Mundt et Maire, Drège, Zeyher. Hb. 4644). — Natalia (Robertson 472).

## Marsilia crenulata Dsv.

Dsv. Ann. Linn. VI. 179. — Marsilia crenata Pr. rel. Haenk. 84. t. 12. f. 3. Al. Br. Monatsber. Berl. Ak. 1863. 420. — Marsilia microcarpa Al. Br. Flora 1839. 300. — Marsilia minuta Blanco Flor. Filipin. — Marsilia quadrifolia Bory it. I. 200. — Marsilia vulgaris Bory Bél. crypt. 3 pt. Boj. h. Maur. 426 pt.

Ins. Mauritii (Bory in hb. W. 20252. Ayres). — Ins. Borboniae (herb. Paris). — As. P.

var. incurva Al. Br. l. c.

Marsilia senegalensis Al. Br. flor. 1839. 300. — Mars. diffusa v. incurva A. Br. Monatsb. Berl. Akad. 419.

Senegambia (Perrottet).

Digitized by Google

## Marsilia diffusa Lepr.

Lepr. ined. Al. Br. flora. 1839. 300. Monatsber. Berl. Akad. 1863. 419. Bolle ztsch. f. erdk. n. f. I. 280. Milde fil. europ. 294. — Marsilia sarmentosa Bory msc. — Marsilia superterranea Kth. herb. — Marsilia erosa Kze. hb. pt. — Marsilia vulgaris Boj. h. Maurit. 427 pt. — Mars. quadrifolia Thoms. in Speke journ. 654. Schweinf. Beitr. 218.

Ins. Canarienses; ins. Gran Canaria (Despréaux, Bourgeau 1168). — Senegambia (Le Prieur, Perrottet, Heudelot, Lelièvre). — Ins. Nossi-beh (Boivin). — Madagascaria (Pervillé 358). — Ins. Mauritii (Perrottet). — In regione Noër ad ripas Nili albi (Grant et Speke).

Formae steriles dubie huc pertinentes:

Littora occidentalia lacus Nyassa, Elephant Marsh ad flumen Shire et in lacu retro Shanio ad flumen Shire (Kirk).

var. cornuta A. Br. msc.

Pedunculi breviores, sporocarpii longitudinem vix superantes, sursum arcuati. Sporocarpia paulo longiora (latitudinem dimidio fere superantia), dente superiore inferiorem longitudine duplo superante, erecto, sursum directo. Foliola subintegerrima vel leviter eroso-crenata.

Angola, juxta ripas fluminis Bero in agro Mossamedes (Welwitsch 173). Forma propter sterilitatem dubia foliis majoribus, foliolis profundius eroso-dentatis, ut in formis quibusdam Marsiliae erosae W., in agri Mossamedensis lacubus ad ostia fluminis Giraul (Welwitsch 174).

## Marsilia distorta Al. Br.

Al. Br. Monatsber. Berl Akad. 1863. 433.

Senegambia, prope Richard-Tol (Lelièvre, Perrottet).

## Marsilia gymnocarpa Lepr.

Leprieur in hb. Perrottet. Al. Br. Flora 1839. 300. Monatsber. Berl. Akad. 432. — Marsilia leiocarpa Bory hb. — Marsilia pygmaea Leprieur sec. Ad. Brongn. Dict. class. d'hist. nat. Ann. sc. nat. XII. 1839. 256. (an pt.?)

Senegambia (Leprieur, Perrottet).

## Marsilia fimbriata Schum.

Schum. Beskr. Guin. plant. 461. s. K. Dansk. Vid. Afh. IV. 235. Al. Br. Monatsber. Berl. Akad. 1863. 432.

Guinea (Thonning. Deest in herb. Havniens. et ob diagnosin plane incompletam melius delenda).

## Marsilia macrocarpa Presl.

Presl. in Abh. d. Boehm. Ges. d. Wissensch. III. (1843—44.) 580. — Marsilia Dregeana Al. Br. Monatsber. Berl. Akad. 1863. 428. — Marsilia quadrifolia a. c. (b.?) hb. Drège.

Prom. bon. spei (Drège. Ecklon et Zeyher. Burchell cat. 3896. ?Burke).

Digitized by Google

Marsilia muscoides Lepr.

Leprieur in herb. Perrottet. Al. Br. flora 1839. 300. Monatsber. Berl. Akad. 1863. 422. — Marsilia pygmaea Leprieur in hb. Kze.

Senegambia (Leprieur, Perrottet). — Angola, district. Benguella (Welwitsch n. 175), in agro Loanda circa Bemposta (Welwitsch n. 109).

Marsilia nubica Al. Br.

Al. Br. in Kotschy flor. Nub. exs. 1839. Monatsber. Berl. Akad. 1863. 432. Schweinf. beitr. 218.

Kordofan, in monte Arrasch-Kol (Kotschy 126).

Marsilia pubescens Tenore.

Tenore fl. Neap. prod. suppl. I. 70. Append. I. ad. cat. hort. Neap. ed. II. 67. flor. Neap. vol. IV. 140; V. 309. t. 250. Munby Cat. Alg. 35. Al. Br. Monatsber. Berl. Akad. 1863. 431. Mett. fil. h. Lips. 125. Gren. Godr. fl. Franc. III. 647. Al. Br. Expl. sc. d'Alg. t. 38. f. 31. 32. — Marsilia Fabri Dunal Ann. sc. nat. VI. 375; VII. 221. t. 12. 13; IX. 115. t. 13; X. 378. — Marsilia quadrifolia Desf. fl. atlant. II. 410. Mars. strigosa W. Milde fil. eur. 295 pt.

Algeria, prope La Calle (Desfont), prope Oran (Durieu, Munby), in Djebel Santo prope Oran (Cosson, Balansa 211). — E.

Marsilia rotundata Al. Br. msc.

Pedunculi solitarii, basilares, erecti, sporocarpio duplo-triplo longiores. Sporocarpia rotundato-quadrata, suborbicularia, vix longiora quam lata, modice compressa, ecostata, juventute pilis arcte adpressis vestita, mox calva, rhaphe elongata, dentibus binis obtusissimis fere obsoletis. Sori utrinque 7—8. Folia nuda, foliolis cuneato-obovatis subintegerrimis vel antice 4—8 crenatis.

Angola, districtus Huilla, in stagnis juxta rivum de Mumpulla (Welwitsch 171). Forma aquatica, major, foliolis latissimis integerrimis, dubie huc relata, in Angolae districtu Zenza de Golungo, in rivulo dicto Ribeira de Muchao (Welwitsch 40).

Affinis Mars. macrocarpae Presl, sed sporocarpia breviora et paulo minora.

Marsilia subterranea Lepr.

Leprieur in hb. Perrottet no. 996. Al. Br. flora 1839. 301. Monatsber. Berl. Akad. 1863. 433.

Senegambia (Despréaux, Leprieur, Perrottet).

Marsilia trichopoda Lepr.

Leprieur msc. Al. Br. flora 1839. 300. Monatsber. Berl. Akad. 1863. 422.

Senegambia (Leprieur, Perrottet 548).

Digitized by Google

Marsilia sp. (statu sterili).

Ztsch. f. erdk. n. f. XII. 329. Schweinf. beitr. 218.

Abyssinia, inter Adde Namen et Ad Johannis (Steudner).

## 2. Salviniaceae Bartl.

### 58. Salvinia Micheli.

Salvinia adnata Dsv.

Dsv. Ann. Linn. VI. 177.

Ins. Africanae orientales.

Salvinia hastata Dsv.

Dsv. Ann. Linn. VI. 177.

Ins. Borboniae.

Salvinia mollis Mett. msc.

Folia petiolata 8—9''' longa, 5—6''' lata, explanata e basi truncata late oblonga, apice obtusissima, subbiloba, supra pilis abbreviatis numerosissimis dense, infra pilis paucis elongatis sparse obsita, nervi translucentes densi et numerosi, more Doodyae in maculas pluriseriatas abeuntes, maculae internae costae approximatae, sequentes oblique elongatae, exteriores sensim angustiores; receptacula desunt. (Mett. msc.)

Madagascaria (Thouars in hb. Paris. et herb. Willd. 20249. f. 2).
Canales aërei numerosissimi sub lente vix distinguendi.

Salvinia natans Hoffm.

Hoffm. Deutschl. flor. W. V. 536. Lam. enc. VI. 481. Milde nov. act. 26. II. 389 etc. — Salvinia europaea Dsv. Ann. Linn. VI. 177 etc.

Algeria. — E. As.

Salvinia nigropunctata A. Br. msc.

Folia elliptica, oblonga, supra viridia, papillis seriatis, brevissimis, truncatis, nigris notata, infra dense pilosa fuliginosa. (A. Br. msc.)

Ad flumen Niger (Barter 1433. 303). — ?Calabar (Mann).

Salvinia nymphellula Dsv.

Dsv. Ann. soc. Linn. VI. 177.

Africa occidentalis.

Digitized by Google

## 59. Azolla Lam.

### Azolla nilotica Dcne.

Dcne. in hb. Mus. Paris. Mett. pl. Tinnean. 54. t. 25. Kotschy pl. Binderian. (Sitzber. Wien. Ak. t. 51.) — Azolla sp. Kotschy pl. Knoblecherian. (Sitzber. Wien. Akad. t. 50.)

**Ad Nilum album (hb. Mus. Paris.; ? Werne in herb. Berol.); ad ostia fluminis Sobat (Binder); ad Gonskoro (Knoblecher); Bahr-el-Abiad (Heuglin). — Ad flumen Luabo Africae orientalis (Kirk).**

### Azolla pinnata R. Br.

R. Br. Flind. voy. II. 611. prod. ed. Nees. 23. Spr. syst. IV. 9. Dsv. Ann. Linn. VI. 178. Wall. cat. 7092. Bory Bél. crypt. 5. Kze. Linn. 10. 556. Griff. Calc. journ. V. 257. t. 15—17. Harvey Gen. S. Afr. pl. 382. Mett. Linn. 20. 273. t. 3. f. 22—27. Hassk. pl. jav. rar. 3. cat. hort. Bogor. 293. Moore ind. 190. Mett. in pl. Tinnean. 53. — Salvinia imbricata Roxb. crypt. pl. 8. — Azolla africana W. hb. Dsv. Ann. Linn. VI. 178. Mett. Linn. 20. 274. Moore ind. 189. — Azolla Guineensis Schum. K. Danske Vid. Afh. IV. 236. — Azolla decomposita Zoll. Verz. 51. 52. — Azolla aethiopica Welw. msc.

**Guinea (Pal. Beauvois in hb. W. 20259. Thonning). — Ad flumen Niger (Vogel, Barter). — Angola, district. Pungo Andongo; in fluviis plurimis inter Pungo Andongo et Cassange (Welwitsch n. 38); distr. Libongo; in inundatis fluminis Lifuna (Welwitsch n. 37). — Prom. bon. spei (Drège). — Natalia (Gueinzius). — Madagascaria (Thouars, Chapelier). — As. NH. P.**

---

# Cormophyta e flora Africana excludenda.

### Acrostichum hirtum Sw.

Sw. syn. 19. 194. W. V. 104.

**In India occidentali provenit, non in insula Madeira.**

### Aspidium fuscatum W.

W. V. 256. Asp. mohrioides Bory voy. Coq. 267. t. 35. f. 1.

**Non in insulis Canariensibus invenitur, sed in Maclovianis, ut jam cl. Bory (Vog. Coq. 267) annotavit.**

### Asplenum Labillardieri Kze.

Kze. Hk. sp. III. 108.

**In insula Bourou Polynesiae, non in Borboniae insula provenit.**

Digitized by Google

Asplenum laserpitifolium Lam.

Lam enc. I. 310. Hk. sp. III. 172.

**Collegitur prope Port Praslin Novae Brittaniae, non in insula Praslin Sechellarum.**

Asplenum Odontites R. Br.

R. Br. prod. 151. Pappe et Raws. syn. 23.

**Provenit in Nova Hollandia, non in Promontorio bonae spei.**

Blechnum denticulatum Sw.

Sw. syn. 113. 311. W. V. 412. Hk. sp. III. 62. — Est Blechnum serrulatum Rich in Gujana gallica proveniens. Patria a cl. Swartzio commutata est.

Dufourea trifaria W.

W. sp. V. 55. (D. tristicha P. Thouars). — Tristicha trifaria Tulasne monogr. Podost. p. 180. — Podostemaceae.

Dufourea alternifolia W.

W. mag. d. gesellsch. d. Naturf. Freunde VI. 63. — Tristicha alternifol. Tul. l. c. — Podostemaceae.

Equisetum hiemale L.

L. Munby Cat. 35.

**Ex Algeria ignotum.**

Equisetum variegatum Schleich.

Schleich. Munby Cat. 35.

**Ex Algeria ignotum.**

Lomaria eriopus Kze.

Kze. Linn. 13. 152; 18. 116. Hk. sp. III. 41. est Stangeria paradoxa Moore in Hook. Kew. gard. Misc. V. 228. (Cycadaceae.) Pappe et Raws. syn. fil. Afr. austr. 54.

Lycopodium scorpioides Bory.

Bory W. V. 54. hb. 19432. Spr. syst. IV. 21. est Hepatica quaedam.

Lycopodium hypnoides Bory.

Bory W. V. 54. hb. 19431. Spr. syst. IV. 21. est Hepatica.

Notholaena setigera Dsv.

Dsv. journ. III. 93. Poir. enc. suppl. IV. 110. Spr. syst. IV. 42. Mett. Cheil. n. 20 d. — Cincinalis Dsv. Berl. Mag. V. 311.

**Ins. Borboniae. — Est Woodsia ilvensis, sed patria sine dubio erronea.**

Digitized by Google

Pteris andromedaefolia Klf.

Klf. en. 188. Kze. Linn. 10. 503. Pappe et Raws. syn. 31.

**In California atque Chili provenit, non in Prom. bon. spei. Patria a cl. Kunzeo commutata est.**

Pteris cordata Sieb.

Sieb. flor. mixt. 269.

**Nunquam in Prom. bon. spei collecta est, sed in Nova Hollandia.**

Pteris cuspidata Thbg.

Thbg. prod. 171. fl. cap. 732. W. V. 366. Spr. syst. IV. 71. Pappe et Raws. syn. 51.

**Est folium sterile Angiopteridis speciei.**

Schizaea bifida W.

W. Sieb. fl. cap. 227.

**Provenit in Nova Hollandia, non in Promontorio bonae spei.**

Digitized by Google

# Addenda et Corrigenda.

**Magnopere doleo, quod non prius quam hoc opus jam ad finem venisset, Hookeri synopsin filicum, post mortem auctoris a cl. Baker editam mihi parare possem, in qua nonnullae africanae filices aliis nominibus, quam nostris descriptae sunt. Septem hujus libri partes usque adhuc vidi. Omnia memorabilia hujus operis et nova in his additamentis addidi.**

P. 1. linea 21 lege dia — et linea 22 gnosibus.
p. 3. l. 15 pro Hoc autem lege Quod.
p. 11. l. 8 lege inveniantur.
p. 14. l. 3 infima lege acclimatation.
p. 16. l. 5 infima lege ignivomo.
p. 32. post Trichomanes angustatum inserendum est: Trichomanes Barklyanum Baker in Hook syn. fil. 74. Tamari Cascade in insula Mauritii (Barkly). Cl. Baker l. c. Trich. Barklianum et eodem loco p. 151. Pellaea Barklyae scripsit, sed rectius mihi videtur hoc loco quoque Trich. Barklyanum scribere, praesertim cum hoc Trichomanes in honorem praefecti insulae Mauritii Sir Henry Barkly et uxoris suae Lady Barkly nominatum est.
p. 33. post Trichomanes borbonicum Bosch adde: Trichomanes crispum L. Africa occidentalis tropica (ex Hooker syn. 82).
p. 33. l. 22 lege Desfontaines.
p. 33. l. 4 infima lege meifolium.
p. 34. post Trich. Guineense Afz. inserendum est: Trich. Kirkii Hk. msc. syn. fil. 78. Ins. Comorae, ins. Johannae (Kirk. Grey.).
p. 34. l. 30 lege Trich. Mannii Hk. msc. syn. fil. 75. pro Trich. Manniano Mett. msc., quod nomen ex lege prioritatis delendum est.
p. 35. l. 29 lege myriophyllum.
p. 35. l. 1 infima adde: Ins. Comorae; ins. Johannae.
p. 36. l. 31 adde Angola, Fernando Po. (Ex Hook. syn. 81).
p. 37. l. 7 Ex Hook. syn. fil. 86. haec species (Trich. rigidum Sw.) nuperrime etiam in Angola et insula Fernando Po collecta est.
p. 39. l. 5 adde: Ad flumen Zambeze. (Ex Hook. syn. 63.)
p. 40. l. 10 infima lege bivalves.

Digitized by Google

p. 40. Ex lege prioritatis nomen: Hymenophyllum Mannianum Mett. msc., in Hymenophyllum triangulare Baker in Hk. syn. fil. 69. mutandum est.
p. 47. l. 16 lege Lamarck.
p. 50. l. 9 infima lege superiora.
p. 57. l. 31 delendum est: Antrophyum Meniscium Mett. hb. Specimina a cl. Mann in insulae Fernando Po (n. 367) et in montibus Cameroon (n. 1310) collectis a cl. Hookero benevolentissime mihi communicata nullo modo ab Antroph. Manniano Hook differunt.
p. 61. l. 2 delendum: Asplenum Cav. Ann. Cienc. V. 13. t. 41. f. 3.
p. 61. l. 27 adde: Algeria (Lefèvre).
p. 62. l. 13 adde post litteram E. As.
p. 63. l. 5 delendum est: Adiantum marginatum Schrad.
p. 63. l. 16 adde: Regio nigritiana (ex Hooker syn. 63).
p. 63. l. 5 infima adde: Ad flumen Zambeze (Waller).
p. 65. l. 5 adde: Regiones ad flumen Zambeze et Niger. (Ex Hooker syn. fil. 126.)
p. 65. l. 23 adde: Angola et ad flumen Zambeze. (Ex Hook. syn. fil. 114.)
p. 66. l. 7 adde: Ins. Caboverdicae; ins. St. Antonii (C. Bolle).
p. 66. l. 7 infima Nomen Adiantum thalictroides W. ex lege prioritatis in Adiantum crenatum Poir. mutandum est.
p. 67. Lindsaya Boivini Mett. msc.

Rhizoma repens setis ferrugineis vestitum; folia disticha, subdensa, membranacea, glabra; petiolus stramineus, 4″ longus, subtetragonus; lamina 4—7″ longa, oblonga s. ovata, acuminata, pinnatisecta; segmenta trapezio-lanceolata, sursum truncata, deorsum late cuneata, leviter serrata s. basi laciniata, laciniae 1—2, obovatae, obtusae, rarius acutae; costa segmentorum prominula; nervi pluries furcati, rarius anastomosantes; sori plerique distincti, rarius confluentes; indusia pallida, margine paullulum superata, contigua. (Mett. msc.).

Ins. Comorae, ins. Mayotte (Boivin n. 2882).

Linds. Imrayanae proxima, forma segmentorum ac indusiis densis contiguis s. subcontiguis margini approximatis insignis, divisione laminae cum L. variabili comparanda, ceterum et nervis liberis et n. anastomosantibus ludens. (Mett. msc.)

p. 67. ante Lindsayam cuneatam W. inserendum est: Lindsaya cultrata Sw. Borbonia, Madagascaria (Meller). (Ex Hk. syn. fil. 105.)
p. 68. l. 13 adde: Davallia Melleri Hk. msc. Hk. syn. fil. p. 102.
p. 68. l. 30 adde: Ad flumen Kongone (Livingstone). (Ex Hk. syn. fil. 110.)

Digitized by Google

p. 68. l. 31 Lindsaya Kirkii Hk. msc. syn. fil. 108 ex lege prioritatis anteponenda est.
p. 69. l. 2 delendum est: Davallia Hk. I. 175.
p. 69. l. 29 adde: Ad flumen Zambeze. (Ex Hook. syn. fil. 131.)
p. 70. l. 1 infima adde: Pellea deltoidea Baker in Hook. syn. fil. 147.
p. 71. l. 6 infima adde: Ad flumen Zambeze. (Ex Hook. syn. fil. 142.)
p. 71. l. 3 infima. Cheilanthes fragrans Webb et Berth. ex lege prioritatis anteponendum est.
p. 72. l. 27 adde: Angola. (Ex Hook. syn. fil. 136.)
p. 73. l. 23 adde: Cheilanthes Welwitschii Hk. msc. in Hook. syn. fil. 142.
p. 75. l. 12 adde: Montes Cameroon. (Ex Hook. syn. fil. 150.)
p. 77. l. 11 infima adde: Angola (Welwitsch). (Ex Hook. syn. fil. 170.)
p. 77. l. 10 infima. Nomen: Pteris Barklyae Baker in Hook. syn. fil. 151 ex lege prioritatis pro Pteride Barkleyae Mett. anteponendum est.
p. 80. l. 29 adde: Ad flumen Zambeze. (Ex Hook. syn. fil. 152.)
p. 81. l. 4 Nomen: Pteris occidentalis Baker in Hk. syn. fil. 128 ex lege prioritatis pro Pteride glaberrima anteponendum est.
p. 81. l. 2 infima adde: Ad flumen Zambeze. (Ex Hook. syn. fil. 152.)
p. 84. Pteris Mannii Baker in Hook. syn. fil. 168 ex diagnosi brevi diversa mihi videtur a nostra Pteride Manniana, quamobrem nostram speciem »Pteris Camerooniana Kuhn« nominavi.
Pteris Mannii Baker in Hook. syn. fil. 168.
Ins. Fernando Po (G. Mann).
p. 85 post l. 17 inserendum est: Pteris Melleri Baker in Hook. syn. fil. 165.
Madagascaria, ad cataractas in valle Anevoca (Meller).
p. 87 l. 8 infima adde Pteris brevisora Baker in Hook. syn. fil. 162. (non brerisora, error typogr.)
p. 88. l. 24 adde: Angola (Welwitsch). (Ex Hook. syn. fil. 132.)
p. 90. l. 20 lege Plukenet. et lin. 14 adde: Angola et ins. Sechellae. (Ex Hook. syn. fil. 152.)
p. 91. l. 4 lege Plukenet.
p. 94. l. 22 adde: Angola. (Ex Hook. syn. fil. 180.)
p. 97. l. 4 adde: Ad flumen Zambeze. (Ex Hook. syn. fil. 204.)
p. 99. l. 1 infima lege Zambeze.
p. 100. l. 4 lege Schweinf. beitr. zur flora Aeth.
p. 100. post lin. 14 inserendum est: Asplenum coriaceum Baker in Hook. syn. fil. 192. Montes Cameroon (Mann).
p. 100. l. 11 infima adde: Mozambique; ins. Johannae, Sechellae. (Ex Hook. syn. fil. 214.)

Digitized by Google

p. 101. post. lin. 16 inserendum est: Asplenum dimidiatum Sw. Hk. syn. fil. 209. Guinea.
p. 102. l. 27 adde: Ad flumen Zambeze. (Ex Hook. syn. fil. 208.)
p. 103. l. 11 adde: Angola (Welwitsch). (Ex Hook. syn. fil. 210.)
p. 103. l. 23 adde: Angola, ad flumen Zambeze, Madagascaria. (Ex Hook. syn. fil. 208.)
p. 104. post Asplenum humile adde: Baker in Hk. syn. fil. 230.
p. 105. l. 21 adde: Montes Cameroon (Mann). (Ex Hook. syn. fil. 200.)
p. 106. l. 25 signum? post Algeriam delendum est.
p. 106. l. 20 adde: Zambeze (Kirk). (Ex Hook. syn. fil. 221.)
p. 106. l. 5 infima adde: Asplenum vagans Baker in Hk. syn. fil. 195 ex parte.
p. 108 lin. 21. Asplenum Nigritianum Hook. nullo modo ab Aspleno pedicularifolio St. Hil. (voy. d. l. dist. d. Diam. I. 380) fide spec. orig. distingui potest, quod nomen ex prioritatis legibus anteponendum est. l. 24 adde: Brasilia.
p. 111. l. 5 delendum est signum? Algeria (Naudin ex Milde fil. europ. p. 310).
p. 111. l. 10 infima delendum est: Asplenum geminaria Bory, quod Gymnogramme leptophylla est.
p. 112. l. 20 adde: Angola. (Ex Hook. syn. fil. 204.)
p. 112. l. 21 Nomen: Asplenum irregulare Baker in Hook. syn. fil. 222 ex lege prioritatis anteponendum est.
p. 113. l. 20 adde: Fernando Po. (Ex Hooker syn. fil. 211.)
p. 113. l. 1 infima adde: Ad flumen Zambeze (Kirk). (Ex Hook. syn. fil. 212.)
p. 114. l. 1 adde: Asplenum vagans Baker in Hook. syn. fil. 195 ex parte.
p. 114. l. 30 adde: Asplenum concolor Hk. msc. in Hook. syn. fil. 191 ex parte.
p. 115. l. 19 delendum est: Adiantum furcatum L. suppl. 447.
p. 116. l. 5 adde: Ins. Johannae. (Ex Hook. syn. fil. 116.)
p. 116. l. 8 infima adde: Angola. (Ex Hook. syn. fil. 192.)
p. 117. l. 5 infima adde: Fernando Po. (Ex Hook. syn. fil. 201.) Locus mihi valde dubius, an nova species?
p. 118. l. 7 infima adde: Guinea. (Ex Hook. syn. fil. 229.)
p. 119. l. 15 lege: Asplenum Welwitschii Hook. msc. in Hook. syn. fil. 235.
p. 119. l. 14 infima lege: Ceterach aureum L. v. Buch. Allgem. uebers. d. Canar. Dsv. Ann. Linn. VI. 222 etc.
p. 124. Synonymis Aspidii albopunctati sine dubio addendum est: Aspidium punctulatum Baker in Hook. syn. fil. 261. Montes Cameroon (Mann).
p. 125. l. 12 adde: Angola ex Hook. syn. fil. 264.

Digitized by Google

p. 126. l. 28 lege: Aspidium Barteri Sm. Ferns. Brit. and For. 286. Nephrodium Baker in Hook. syn. fil. 299.

p. 127. Ex cl. Baker observationibus (in Hk. syn. fil. 280. 284) Nephrodium divisum Hook. differt ab Aspidio Boryano W., quamobrem hoc modo species distinguit:
Nephrodium (Lastrea) Bojeri Baker in Hook. syn. fil. 280. Nephrodium Boryanum Hk. spec. IV. 126. Borbonia. Mauritius.
Nephrodium (Lastrea) Boryanum Baker in Hook. syn. fil. 284. Nephrodium divisum Hk. spec. IV. 133. Borbonia. Java etc.
Aspidium divisum Wall. cat. 393 t. spec. orig. est Aspidium Boryanum. Haec res denuo observanda mihi videtur.

p. 128. l. 25 Aspidium Comorense est Nephrodium Spekei Baker in Hook. syn. fil. 263. Aspidium Spekei Nob. Addendum est: Angola (Welwitsch ex Hook. l. c.).

p. 128. l. 5 infima delendum est: Polypodium capense L.

p. 131. ante Aspidium elatum inserendum est: Aspidium distans Nob. Nephrodium Hk. spec. IV. 76. syn. fil. 288. Madagascaria (Boivin); ins. Johannae (Kirk).

p. 131. l. 5 infima lege Ed. Jardin.

p. 133. l. 25 Cl. Baker in Hook. syn. fil. 255 hanc speciem (A. frondosum) quoque in Natalia et ad flumen Zambeze inventam esse commemorat; sed ex schedulis in herbarii Mettenii haec plantae formae peculiares Aspidii aristati Sw. sunt.

p. 134. l. 15 delendum est: A. Grunow.

p. 134. l. 2 infima lege Zambeze.

p. 139. l. 16 Aspidium Welwitschii Nob. Nephrodium Baker in Hk. syn. fil. 174 ex lege prioritatis anteponendum est. Cur Cl. Baker hoc loco et nonnullis aliis Welwitzsch scripsit, nescio.

p. 143. l. 4 infima adde: Litora lacus Nyassa (Livingstone ex Hook. syn. fil. 290).

p. 144. l. 5 lege Ed. Jardin.

p. 144. l. 31 adde: Fernando Po. (Ex Hook. syn. fil. 103.)

p. 144. ante genus »Oleandra« inserendum est: Woodsia R. Br. Woodsia Burgessiana Gerr. msc. in Hook. syn. fil. 48. Natalia, ad flumen Tugela (Gerrard, M'. Ken.).

p. 145. l. 4 adde: Oleandra articulata *β*. Welwitschii (non Welwitzschii ut cl. Baker scripsit) Hook. syn. fil. 302. Angola (Welwitsch).

p. 146. l. 28 Addendum est: Polypodium Beaumontii Leperv. Rhizoma repens, paleis rufidulis, nitidis, minutis, lanceolatis, obtusis dense vestitum; folia subcoriacea pilis rufis, nitidis, patentibus dense obsita; petiolus $^3/_4$—1″ longus, dense setosus, mox denudatus; lamina 1—2″ longa,

2—4''' lata, spathulata vel lanceolata, basi cuneata, apice obtusa, irregulariter sinuata; nervi repetito-furcati, liberi s. anastomosantes, hinc inde catadromi; sori dorsales vel terminales, medii inter costam et marginem; sporae globosae, tripode notatae; paraphyses articulatae ramosae. Ins. Borboniae (Vieillard a. 1862 in monte, qui dicitur »Mont de Brulé«). — Loco accuratius non indicato. (Mezière in herb. Paris.). — Ins. Mauritii (Lepine).
Polypodio setigero Bl. proximum, sed satis diversum.

p. 151. l. 5 infima delendum est Polypodium pubescens Schum.
p. 154. l. 31 post Pr. t. 198 adde: Mett.
p. 156. l. 4 adde: Nephrolepis cordifolia Baker in Hook. syn. fil. 300.
p. 159. l. 10 adde: Dicksonia rubiginosa Klf. Hook. syn. fil. 53.
p. 160. l. 9 infima adde: Alsophila aethiopica Welwitsch msc. Hook. syn. fil. 44.
p. 161. l. 28 adde: Hook. syn. fil. 45.
p. 167. l. 6 infima adde: Madagascaria ex Hook. syn. fil. 14.
p. 167. l. 4 infima lege J. Sm.
p. 183. l. 14 infima delendum est: Angola (Welwitsch iter angolense 167. 168) et adde: In monte Hauteniqua, Montagu-Pass (Breutel).
p. 184. l. 6 pro Angola etc. lege: Angola, distr. Huilla, ad margines rivulorum de Morro de Lopollo in editioribus (Welwitsch 170).
p. 186. Inter Lycopodium proliferum Bl. et L. Saururus Lam inserendum est:

Lycopodium sarcocaulon A. Br. et Welw. msc.
Lycop. carolinianum β. grandifolium Spring. Monogr. II. 46.
Surculi repentes, rigidi, alternatim ramosi. Caulis crassissimus, carnosus, radicibus crebris, niveis humo arctissime affixus. Folia evidentissime dimorpha: lateralia horizontaliter expansa, humo adpressa, retrorsum curvata; falciformia, acuta, verticaliter inserta, longe decurrentia, specie binervia, carnosa (sicca membranacea, diaphana); intermedia triplo minora, pluriserialia, cauli arcte adpressa, elongato-triangularia, acuta. Spica in scapo elongato solitaria, bracteis circ. 9— seriatis. (A. Br. msc.) Angola, districtus Huilla, in declivibus spongiosis editioribus de Morro de Lopollo (Welwitsch 168). —Africa meridionalis (Natalia ad urbem Macalisberg?) (Burke.) Lycopodio caroliniano omni parte majus. Caulis 5—6 mm. crassus, folia lateralia 12—15 mm. longa. A Lycopodio paradoxo foliis lateralibus multo longioribus falciformibus et intermediis multiseriatis distinguitur. (A. Br. msc.)

Digitized by Google

p. 187. Inter Lycopodium trichiatum Bory et L. ulicifolium Vent. inserendum est:

Lycopodium tuberosum A. Br. et Welw. msc.
Surculi repentes, elongati, flexuosi, parce ramosi. Rami steriles saepe stolonum more attenuati et apice in tubera oblonga, dura, 10 mm. longa, 5 mm. crassa (amylo farcta) intumescentes. Caulis tenuis, dorso aphyllus, radicibus hinc inde humo affixus. Folia minus evidenter dimorpha: lateralia subexpansa, oblique lanceolata, antice latiora, oblique inserta et breviter decurrentia; intermedia patula, erecta, lateralibus vix breviora, sed duplo angustiora, omnia subulato-acuminata in aristam flexuosam apice hyalinam. Spica in scapo elongato solitaria, bracteis 9—11 seriatis.
Angola, districtus Huilla, in declivibus spongiosis editioribus (alt. s. m. 5000 ped.) de Morro de Lopollo (Welwitsch 167).
A. Lycop. caroliniano imprimis differt foliis in aristam elongatam excurrentibus et tuberculis iis Solani tuberosi omnino comparandis.

p. 189. l. 1 infima lege: Promont. bon. spei (Thunberg sec. Swartz). — Natalia (Gueinzius).

β. minor A. Br. msc.
Foliorum lateralium ciliis numerosioribus (A. Br. msc.).
Angola, prope Pungo Andongo, in cryptis et ad latera umbrosa rivulorum (Welwitsch n. 44; planta sterilis) et ad rupes gneisiacas apricas in summis montibus (Welwitsch 43, forma minima, sterilis).

p. 192. l. 11 addendum est:

Selaginella rubricaulis (Moore?) A. Br. msc.
M'Nab in Seemann journ. bot. 1867. 149 (non 143).
Surculi erectiusculi, inferne tantum radicantes, stolonibus carentes, palmares, pyramidato-vel subfastigiato-ramosi, ramis erecto-patentibus laxe pinnatis, ramulis parum divisis. Radices anticae, tenues, capillares. Caulis subflexuosus, aquose purpurascens vel carneo-flavescens, siccitate expallens, pleurotrope subtetragonus, dorso dilatatus nudus. Folia undique dimorpha, versus apices ramorum paulo decrescentia, deorsum longius remota, sursum paulo distantia vel subcontigua, mollia, subopaca, diaphana, subtus pallidiora: lateralia antica, oblique inserta, erecto-vel subhorizontaliter patentia, inferiora oblique ovato-oblonga, superiora oblique lanceolata, inaequilatera, antice latiora et versus basin dilatata, postice recta et basi subauriculata, acuta, utroque margine anguste marginata et minute denticulata, antice versus basin remote



Digitized by Google

ciliata, nervo subtus late prominulo versus apicem evanescente; folia axillaria subaequilatera, ceterum lateralibus similia; folia intermedia duplo-quadruplo minora suboblique ovata vel ovato-lanceolata, basi attenuata et oblique inserta, dorso carinata, apice in aristam curvato-patulam laminam subaequantem sensim acuminata, laxe ciliato-dentata. Spicae ramulos terminantes eosque latitudine subaequantes, superficie planae et pulchre pectinatae. Bracteae heteromorphae: superficiales carina latissima alatae, inclusa carina oblonga-lanceolatae, obtusae, denticulatae; dorsales duplo breviores, pallidae, ovatae, cuspidatae, ciliolatae. Microsporae puniceae, vix rugulosae; macrosporae luteo-albae, 0,23—0,25 mm. crassae, rugis tenuioribus angulatim conjunctis subreticulatae. (A. Br. msc.) Colitur in hortis, secundum M'Nab ex Africa introducta.

β. angolensis A. Br. msc.

Ramificatio minus evoluta, magis pinnata. Folia lateralia obtusiuscula, intermedia paullo brevius acuminata. (A. Br. msc.)

Angola, distr. Golungo alto, in muscosis maxime umbrosis rupestribus juxta rivulum de Capopa (Welwitsch 47); in insula Principis (Ilha de Principe), in sinu Biafra, in silvis primitivis editioribus maxime umbrosis montis Pico de Papagaio (Welwitsch 11).

Observ. Sel. molliceps Spring sec. descriptionem auctoris plurimis quidem notis cum Sel. rubricauli convenit, sed cum »folia lateralia postica« in nostram non quadrent, conjungere eas non audeo. (A. Br. msc.)

p. 192. Ad Selaginellam rupestrem cl. A. Braun benevolentissime has adnotationes mihi communicavit:

Formae africanae ab asiaticis et americanis recedunt et varietates vel si mavis subspecies proprias sequentes sistunt.

Sel. rup. α. Balansae A. Br. msc.

Glauco-cinerascens. Surculi adscendentes ramis erectis. Folia recta et erecta (neque curvata, neque heteromalla), dorso convexiuscula, ciliis utrinque 8—15, omnibus abbreviatis dentiformibus instructa, apice in aristam piliformem laminam dimidiam aequantem, albam, parce denticulatam attenuata. Spicae breves. Macrosporae 0,30—0,36 mm. crassae, reticulatim rugulosae.

Marocco, in rupestribus schistosis convallis Oued Ghaghaià ad meridiem urbis (Balansa).

Huic accedit forma Mozambicensis in statu depauperato et sterili a cl. Peters lecta, pusilla, ramis brevissimis

Digitized by Google

dense congestis, foliorum ciliis utrinque 4—8, arista terminali breviori, latiuscula, alba.

Sel. rup. β. incurva A. Br. msc.

Virescens. Surculi repentes, humo adpressi, ramis adscendentibus sursum incurvatis. Folia apice plus minus sursum incurva, dorso convexiuscula, utrinque inde ab ima basi ciliis 12—20, inferioribus elongatis, superioribus brevissimis dentiformibus instructa, apice attenuata in aristam piliformem lamina multo breviorem, superne teretem et ad apicem usque undique denticulatam. Spicae breves.

a. forma capensis et abyssinica

foliorum ciliis minus numerosis (12—15), arista longitudine $^1/_8$—$^1/_4$ laminae partem adaequante, omnino vel apice alba.

b. forma angolensis

ciliis numerosioribus (15—20), arista $^1/_4$—$^1/_8$ laminae partem aequante, lutescente.

Abyssinia, prope Choho (Quartier-Dillon); prope Djimba (Steudner).

Prom. bon. spei (Ecklon et Zeyher 7); in monte Katberg, in campis graminosis 4—5000 ped. alt. (Drège, Lycop. rupestre a.); Witbergen, locis petrosis 5—6000 ped. alt. (Drège, Lycop. rupestre aa.).

Angola, distr. Huilla, in rupestribus dumetosis ad 5000 ped. alt. montium de Lopollo (Welwitsch 169).

Observ. Presl specimina Dregeana hujus varietatis ad sequentem citat, duas ergo varietates sub Lycopodio Dregei confundisse videtur. Selag. rupestris var. Caffrorum Milde (Fil. europ. 262) e terra Caffrorum e descriptione auctoris huc pertinere videtur, nonnisi arista folii laevissima discrepans.

Sel. rup. γ. recurva A. Br. msc.

Glauco-cinerascens. Surculi prostrati, sed humo non adpressi, elongati, ramis adscendentibus sursum curvatis. Folia imbricata, heteromalla, apice deorsum curvata, falcata vel uncinata; lamina folii dorso plana (ut in omnibus Sel. rupestris formis medio longitudinaliter sulcata), supra basin ad aristam usque utrinque ciliis 10—15 elongatis patulis instructa, sensim in aristam albam inferne latam planam ciliatam vel denticulatam, apice valde attenuatam et laevem excurrens. Spicae breves. Macrosporae (in forma b. observatae) 0,40—0,42 mm. crassae, aurantiacae, densius reticulato-rugulosae.

Digitized by Google

Exstant formae 2:

a. Dregeana A. Br. msc.
foliis angustioribus leniter falcatis, arista inferne ciliata.
Selaginella rupestris var. Dregei Milde fil. europ. 262.—Lycopodium Dregei Presl Abhandl. d. Boehm. Gesell. d. Wissensch. III. 583 partim.

Natalia, inter flumina Omsamwubo et Omsamcaba, alt. 2000 ped. (Drège Lycop. rupestre b.)

b. Welwitschiana A. Br. msc.
foliis latioribus, uncinato-falcatis, arista inferne denticulata.

Angola, distr. Pungo Andongo, in rupestribus editissimis (3800 ped.) de Pedras de Guinza (Welwitsch 48) et in Pedra Cazella (Welw. 49).

p. 192. l. 2 infima lege: Angola, in silvis primitivis prope ripas fluminis Zaire (alias Congo) (Welwitsch 27). — Sierra Leone, in silvis umbrosis editioribus, in montibus supra Freetown (Welwitsch 2).

p. 192. l. 7 infima lege Selaginella laevigata Spring. Monogr. II. 137 pt.

Berolini. Mens. December 1867.

**M. Kuhn.**

Digitized by Google

# INDEX.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TYPIS BREITKOPFII & HAERTELII LIPSIAE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Bei **Wilhelm Engelmann** in Leipzig erschien ferner.

## Handbuch
# der physiologischen Botanik

in Verbindung mit
**A. de Bary, Th. Irmisch** und **J. Sachs**
herausgegeben von
**Wilh. Hofmeister.**

4 Bände. Mit zahlreichen Holzschn. gr. 8. 1865, 66, 67. br.

---

Erschienen sind:

1. Band. 1. Abtheil. **Die Lehre von der Pflanzenzelle** von Wilh. Hofmeister. Mit 57 Holzschnitten. 1867. 3 Thlr.

2. - 1. Abtheil. **Morphologie** und **Physiologie der Pilze, Flechten** und **Myxomiceten** von Dr. A. de Bary. Mit 101 Holzschn. u. 1 Kupfertafel. 1866. 2 Thlr. 16 Ngr.

4. - Handbuch der **Experimentalphysiologie der Pflanzen.** Untersuchungen über die allgemeinsten Lebensbedingungen der Pflanzen und die Functionen ihrer Organe. Von Jul. Sachs. Mit 53 Holzschnitten. 1865. 3 Thlr. 20 Ngr.

---

# CATALOGUS
## PLANTARUM CUBENSIUM

exhibens collectionem Wrightianam aliasque minores ex insula Cuba missas quas recensuit
**A. Grisebach,** Prof.

8. 1866. br. 2 Thlr. 20 Ngr.

---

## Beiträge
# zur Pflanzenphysiologie

von
**Dr. Alb. B. Frank.**

I. Ueber die durch die Schwerkraft verursachten Bewegungen von Pflanzentheilen.
II. Ueber die Entstehung der Intercellularraeume der Pflanzen.

Mit 5 lithogr. Tafeln. gr. 8. 1868. br. 1 Thlr. 10 Ngr.

---

## Reform
# Deutscher Brombeeren.

Beiträge
zur Kenntniss der Eigenschaften der Arten und Bastarde des Genus Rubus L.
Von
**Otto Kuntze.**

8. 1867. br. 1 Thlr. 10 Ngr.

---

Druck von Breitkopf und Härtel in Leipzig.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google